A Phœniciam, & inde relicta ad ſiniſtram Cypro, appulit in Syriam; inde profectus Tyrum, deinde Ptolemaidem, hinc Cæſaream: Denique apperente Paſchæ feſtivitate, Hieroſolymam venit, ex animi ſententia, anno Chriſti nati LV. paſſi XXII. Claudii Imp. A. XII. Felice Claudii liberto legionum Judaicarum præfecto, trium reginarum (teſte *Tranq. Sueton. in Claudio.*) marito, Clau. Lyſia cohortis Hieroſolymitanæ tribuno, Anania ſummo ſacerdote apud Judæos.

Hieroſolyma S. PAULUS, appellato Cæſare, deportatur Romam, poſtquam biennium egiſſet Cæſareæ in libera cuſtodia; commiſſuſque Julio centurioni cohortis Auguſtæ à Feſto Felicis ſucceſſore, Judææ procuratore, poſt multa diſcrimina rerum, denique terris jactatus & alto, ſalutatis liberèque conventis, ac in fide ubique firmatis fratribus, appulit ad urbem 2. Neronis anno, Chriſti paſſi, ſuique converſi, XXV. Chriſti nati LVIII. anno Mundi M. CCLVIII. Urbis conditæ VIII. Olympiade CCVIII.

Cum verò duos Romæ exegiſſet annos clementer benignèque habitus, necdum Neronis imperio roborato, nec in B tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ, dicta accurratè apud Cæſarem cauſa, abſolutus eſt, & à Nerone dimiſſus, anno Pontificatus Max. in urbe Roma S. Petri XVIII.

Quarto itaque Neronis anno, S. Paulus Romanis cum civibus, tum patriciis & palatinis, ſatis in Chriſti fide inſtructis, ſcriptis quoque huc illuc de carcere epiſtolis ad Epheſ. Philipp. Timoth. Philemon. poſtremum iter ingreſſus, peragravit tertiùm aut quartùm Syriam, Pamphyliam, Lycaoniam, Phœnicem, Myſiam, Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Achaiam, Macedoniam, reliquamque Græciam pariter & Aſiam, Illyricum uſque Chriſtianæ religionis prorogans pomæria, ac velut deducens colonias, collocatis paſſim firmis quaſi præſidiis, ædificatiſque fanis ſacris, ordinatiſque Epiſcopis. Demum ad Occidentis & Europæ climata importare Euangelium ſtudens, Hiſpaniam primùm, hinc Galliam, inde Britanniam, pridem à Claudio Imper. triumphatam anno Chriſti XLVI. Orchades, cæteraſque Oceani regiones, ſeu inſulas extremas quaſque petens, id quod etiam alii Apoſtoli fecerunt, per Germaniam in Italiam contendit, partim relictis C hic ibi presbyteris, partim huc illucque deſtinatis Apoſtolis, Euangeliſtis, prophetis, doctoribus, paſtoribus. Sæviente verò Neronis tyrannide, eodem anno, & die, quo Sanctus Petrus Romæ palo affixus, Paulus capite plexus eſt, auctore *Egeſippo, Hieron. Euſeb. Niceph.* & aliis quibuſque, tametſi *Abdias* Paulum biennio poſt Petrum martyrium ſubiiſſe ſentiat, anno Neronis ſecundùm Euſeb. XII. at ſecundùm Divum Hieronymum, & alios XIV. & ult. Chriſti nati, LXVIII. paſſi, XXXV. Converſionis, XXXVI. Pontificatus Maxim. S. Petri, anno XXV.

JOANNI Apoſtolo in ſortem prædicationis obtigit Aſia, cujus omnes fundavit rexitque Eccleſias uſque ad decrepitam ætatem, id eſt, Trajanum principem.

Quum igitur hactenùs Eccleſia fuiſſet inſtar virginis, nulliſque hæreſeon notis maculata, coactus eſt adversùs Cerinthum & Ebionem Euangelium ſcribere: quum alii tres pridem ſua Euangelia ſcripto commendaviſſent, edidiſſentque.

S. JOANNES hæreticorum conſuetudinem tantoperè aſpernabatur, ut ne communi quidem cum Cerintho aut Ebione uti D balneo voluerit. Cùm eſſet annorum XCVII. juxta Abdiam, vel CXX. ſecundùm Dorotheum, apparuit ei Chriſtus, & horam atque diem mortis denunciavit. Mortuus eſt anno Chriſti nati, CII. paſſi, LXVIII. Trajano Imp. Euariſto Pontif. Maxim. Vide *Hieron. in Catal. Dorot. in Synopſ. Euſebium lib.3. cap. 1. & ſequent. & in Cron. Abdi. lib.5. hiſtor. Apoſtol. Epiphan. hæreſ.30. cont. Ebion. Nicephor. Cal. lib.3. cap.14. Ado. Viennenſ. Ioan. Zona.*

APOSTOLORUM SUCCESSORES, ET DISCIPULI.

Jam verò mortuis & ad meliora translatis Apoſtolis, fundatiſque paſſim Eccleſiis, cœnobiis, monaſteriis, Chriſti Apoſtolorumque diſcipuli Apoſtolica munia obierunt: & Timotheus quidem Epheſiorum à S. Paulo conſtitutus Epiſcopus, Chriſti Euangelium per Illyricum univerſamque Helladem promulgavit: Titus Cretenſibus à S. Paulo datus eſt Epiſcopus, & inſulis circumjacentibus. Neque id prætereundum eſt, S. Paulum hiſce Epiſcopis præcepiſſe, ut presbyteros & Epiſcopos civitatibus atque provinciis quibuſque nun- E cuparent. 1. *Timot.3. Tit.1.* anno, & quod excurrit, XL. *Vide Doroth. in Synopſi, Hieron. in Catal. Euſeb. Niceph. Call. Abdiam, Placent. Democha, Faſcic. temp. Gregor. Turon. Adon. Viennenſ. Adam Sicrixere. Maſſe. Camera. Sabellic. Mejer. Antonin. Petrum de Natal. Richard. Vvaſſebourg. Sigebert. Franciſc. Irenio.*

Barnabas primus Romæ Chriſtum prædicavit, poſteà Mediolani Epiſcopus fuit.

Ananias Damaſcenorum Apoſtolus fuit & Epiſcopus, eodem tempore.

Philippus primùm diaconus ab Apoſtolis cum Stephano, deinde Epiſcopus Trallenſium in Aſia factus eſt, eodem tempore.

Prochorus diaconus quoque primùm, demùm Nicomediæ, Bithyniæ datus eſt Epiſcopus, eodem tempore.

Nicanor & ipſe unus ex ſeptem, Judææ Apoſtolus fuit, eodemque die quo S. Stephanus, unà cum Syndiacono ac protomartyre, aliiſque promiſcui ſexus & conditionis 2000. mortem pro Chriſto ſubiit.

Simon item ex ſeptem unus, Boſtri apud Arabes Epiſcopus F fuit.

Nicolaus quoque diac. Sapriæ Epiſcopus & Apoſtolus præfuit. Verùm poſtea in ſpurciſſimam hæreſim lapſus eſt, ut ſcribunt *Epiphan. tom.2. lib.1. hæreſ.25. Philaſt. & Damaſcen. de hæretic. Theodoret. de fabul. hæretic. lib.3. Auguſt. ad Quod. de hæreſ.5. Tertullian. lib. de præſcript. hæretic. & lib. primo cont. Marcian. Nicephor. Call. libro tertio, cap.15. Euſeb. lib.3. c.29. & alii.*

Silas Corinthiorum præſul fuit conſtitutus à S. Paulo.

Silvanus Theſſalonicenſium primus Epiſcopus creatus eſt à S. Paulo.

Creſcens Chalcedoniæ in Galliis à S. Paulo antiſtes creatus fuit.

Epænetus S. Pauli auditor, in capite Africæ Carthagini Epiſcopus præſedit.

Andronicus S. Pauli quoque in fide alumnus, primus Pannoniæ Apoſtolus, atque Epiſcopus eſt declaratus:

Amplias Odyſſæ fuit Epiſcopus, Pauli item diſcipulus.

G Urbanus, cujus quoque S. Paul. meminit ad Rom. Macedoniæ Epiſcopum egit.

Stachius ab Andrea Apoſtolo primus Byzantii, quæ nunc Conſtantinopolis à Conſtantino Magno auctore vocatur, Epiſcopus deſignatur, uti etiam *Niceph. Conſtan. in ſua Chronol.*

Apelles Smirnenſium Epiſcopus extitit.

Ariſtobulus Britanniæ eſt inauctoratus.

Narciſſus Patrarum, cui defuncto ſurrogatus eſt Herodion.

Rufus Thebarum Epiſcopatum geſſit.

Aſyncritus Hyrcaniæ.

Phlegon Marathonæ.

Hermes Dalmatiæ.

Hermas Philipporum: hunc auctorem aſſerunt libri qui Paſtor inſcribitur.

Patrobas Nepotiolani.

Linus, Cletus, & Clemens Romæ, de quibus magna inter Græcos Latinoſque quæſtio eſt.

Cajus Epheſinæ Eccleſiæ poſt Timotheum adminiſtratio- H nem ſuſcepit.

Philologus Sinopæ ab Andrea Apoſtolo Epiſcopus decernitur.

Olympas Italiæ Euangelium intulit.

Rhodion quoque Italis Chriſtum prædicavit.

Iaſon Tarſi Epiſcopus à S. Paulo conſecratus eſt.

Soſipater Iconii.

Lucius Laodiceæ Syriæ.

Tertius ſecundus Iconii.

Ereſtus Paneadis.

Phigellus Epheſiorum XV. à fide deſcivit, ſicut & Hermogenes Epiſcopus, quem S. Jacobus converterat.

Megarenſium Demas.

Quartus Beryti Eccleſiæ miniſter fuit.

Apollo Cæſareæ.

Cephas Caniæ.

Soſthenes Colophoniadis.

Epaphroditus Adrianæ.

Cæſar Dyrrachii.

Mar-

A Marcus Apolloniadis.

Joſeph Eleutheropoleos.

Artemas Lyſtreuſium.

Clemens, qui primus ex gentibus & Græcis in Chriſtum credidiſſe fertur, Sardicæ, quæ nunc eſt Triaditza.

Oneſiphorus Coroniæ.

Tychicus Chalcedoniæ Bithyniæ.

Carpus Berrhœæ Thraciæ.

Polycarpus Smyrnæ.

Euodius Antiochiæ.

Philemon Gazæ.

Zenas Dioſpoleos.

Aquila Heracliæ.

Priſcas Colophonæ.

Junias Apamiæ Syriæ.

Marcus, qui & Joannes, Bibli.

Caliſtum S. Andreas Apoſtolus primum Niceæ Epiſcpum dedit.

Apollinaris primus Ravennatium à ſancto Petro ſacratur Epiſcopus.

B Quum S. Marcus cunctam Ægyptum, Lyriam, Marmaricam, Ammonicam, Pentapolim, fidei Chriſtianæ myſteriis inauguraſſet, Alexandrinæ Eccleſiæ Avizannum, al. Annianum, Cyrenenſium verò Lucium Chriſti & Apoſtolorum diſcipulum, Epiſcopos nominavit: Melium, Sabinum, & Serdonem Presbyteros, Diaconos ſeptem, & alios atque alios cum Epiſcopos, tum reliquos Euangelii promulgandi miniſtros.

Papias à Sancto Joanne Hieropolitanus Epiſcopus deſignatur.

Ignatius Antiochenus, Julianus Cenomanus, Urſinus Bituricenſis.

Et quidem in Gallia, Græcis Galatia à lacteo gentis colore dicta (γάλα enim Græcis, Latinis lac ſignificat) quæ nunc à Theutonum genere Francia appellatur, prædicatum fuit Euangelium Chriſti per varios complureſque Apoſtolos, per Eutropium Perſam certè ſancti Petri diſcipulum paſſum Lutetiæ Pariſiorum, per S. Dionyſ. Areopag. Athenienſium Epiſcopum, ſancti Pauli auditorem, Eleutherium Presbyterum & Ruſticum Diaconum, à S. C Clemente Roman. Pontif. Maxim. illuc deſtinatos, anno & quod excurrit, XC. Trajano principe: quod habent *Gregor. Turo. lib.1. hiſtor. Demochar. Surius in vit. Sanctæ Genovefæ*, & cæteri rerum Gallicarum ſcriptores. *Niceph. Call.* refert, Dionyſium reſectum ſuum caput, ad paſſuum millia manibus tuliſſe, & occurrenti fortè matronæ cuidam velut depoſitum tradidiſſe & commendaviſſe, *lib. 2. c.20.*

S. Paulus Hiſpaniam Chriſto vindicavit, anno LIX. S. Petr. Pontif. Maxim. ſtatim poſt primam ſuam ſatisfactionem, & apud Neronem purgationem: tranſitaque Gallia Trophimum Arelate, Creſcentem verò Viennæ Galliæ reliquit Apoſtolos, auctore *Adone Viennenſ. Hieronym. in Cat.2. Tit.4. Roman. 15.* Sunt qui exiſtiment, Hiſpaniam atque Luſitaniam, ſive Portugalliam, unicas illas Romanæ Eccleſiæ baſes fidei Chriſtianæ initiatas, anno III. Claudii Imperat. Chriſti, XL. opera ſtudioque cùm ſancti Pauli, tum ſancti Jacobi fratris S. Joannis, ab Herode Agrippa capite plexi Hieroſolymis ante dies azymorum, S. Jacobo fratre Domini Hieroſolymitano Epiſcopo, S. Petr. Pon- D tif. Maxim. Vide *Vaſeum, Marinæum Siculum, Mariam Aretium, Ioann. Bair. capite primo, decad. Aſi. Franciſ. Taraph. Barcino. canonicum in Chronic.* Primùmque S. Jacobi diſcipulum fuiſſe inquiunt, Andaletum Almariæ Epiſcopum. S. Paulum totum orbem volucris inſtar pervolaſſe, teſtatur *Niceph. Call.*

Lugdunenſes primum fidei Chriſtianæ antiſtitem & apoſtolum ſortiti ſunt S. Photinum, S. Joannis Apoſtoli & Polycarpi diſcipulum; deinde Irenæum, anno circiter, XCIX. Victore (ni fallor) Pont. Max. Trajano Aug. Decio & Grato Coſſ. *Auctore Gregor. Turon. lib.1. hiſtor.*

Sub eadem tempora civitas Toloſana *Saturninum*, Turonenſes *Gratianum*, Narbonenſes *Paulum* quendam, Arvernenſes *Stremonium*, Lemovicini & Burdegalenſes *Martialem*, Meldenſes *Sanctinum*, Aurelianenſes *Altinum*, Silvanectenſes *Regulum*, Biſuntini *Anthidium*, Niceti collegam, Matiſconenſes *Nicetium*, Lingonenſes *Senatorem*, Senonenſes *Savinianum, Potentianum, Altinum, Erdardum*, Sacerdotes atque myſtas ſacros habuere, partim Nerone, partim aliis atque aliis imperantibus. Carnotenſes militiæ Chriſtianæ aſcripti E ſunt prædagogia *Adventini, Saviani, Potentiani* & ejus claſſis aliorum à ſancto Petro Apoſtolo tempore Claudii illuc directorum, anno plus minùs, XLIV. Biturgium regio, per illorum Apoſtolorum diſcipulos Chriſto nuncupata eſt, Clemente Pontif. Maxim. Domitiano Imperat. anno, & quod excurrit, LXXXIX.

In campis Catalonicis, apud Heduos, Trecenſes, & alibi, fidei incunabula ac rudimenta tradita ſunt à *S. Amatore* Potentiani & Saviniani Chriſti diſcipulorum auditore, an. XCIX. Clemente Pontif. Maxim. Tito & Veſpaſiano Imper. Primus Catalonenſium Epiſcopus fuit *Mennius*.

Maſſilienſes Religionis prima elementa acceperunt induſtria *Lazari, Maximini, Mariæ Magdalenæ, Marthæ & Marcellæ*, ſuis ſedibus & bonis exutorum, ferociente perſecutione, quæ S. Stephanum abſtulit. Tiber. Imp.

Aquenſibus præfuit Epiſcopus *Maximinus*, qui Lazari domum baptizaverat.

Sub eadem tempora Andegavenſes Chriſto videntur vendi- F cati Apoſtolis *S. Defenſore & Apothemio.* fuit certè *Talaſſius* ſextus ejus ſedis Epiſcopus in Conciliis Venetico & Turonico primo, anno circiter CCCCXVIII. Leone I. aut Hilario Pont. Max.

Virdunenſes hauſerunt religionem à *S. Sanctino*, S. Dioniſii Areopag. diſcipulo, anno, aut paulò ampliùs, XCIX. Domitiano Aug. Euariſto Pont. Max.

Bajocenſes *S. Exuperium*, Ebrojecenſes *S. Taurinum* Epiſcopos à S. Clemente accepere.

Biturgium circumquaque viciniam * *Vrſus al. Vrſinus Nathanael* & alii Chriſti diſcipuli erudierunt anno, & quod excurrit, LXX. Tit. & Veſp. AA. Eleuthe. Pont. Max.

Britones, Normandos, Rothomagenſes, Picardos, omnemque maris Oceani tractum inſtruxit, formavitque fide *S. Nicaſius*, à S. Clemente illuc Apoſtolus delegatus, anno circiter XL. Imp. Nero. & poſt eum Firminus Ambianenſium Epiſcopus anno CC.

Rhemenſes, Sueſſiones, aliique & alii Galliæ populi, partim per *Xiſtum, Simicium, Amanſium* collegas, partim per G *Maternum*, ejuſque ſocios, ad fidem acciti ſunt: fuerunt etiam in Galliam deſtinati *Zacharias, Martinus* quidam, *Verus, Eucharius, Valerius, Mennius, Donatianus, Domitianus*, & alii non pauci Apoſtolorum diſcipuli.

Gallia Belgica olim complectebatur Mempiſcum, Ambactos, Nervios, Hannoniam, Morinos, Lutzemburgum, Lotharingiam, Alſatiam, in qua Nemetes quoque ſive Spirenſes: Svetiam ſive Helvetiam, Victones, Arboracos, Celtiberos, quos Cn. Pompejus, edomita Hiſpania, & Romam triumphaturus properans, ad radices Pyrenæi depoſuit, atque reliquit: reliquumque Cantonum agrum, uſque ad Allobroges, cis citraque Rhenum: eaque ditio univerſa peragrata eſt, ac fide Chriſtiana illuſtrata à *S. Clemente*, S. Clementis Pontif. Maxim. Roman. patruo: quod prodit *D. Ioann. Schomer. Presbyt.* Deinde in Nerviis Aloſto conterminis & Morinis, unde breviſſimus in Britanniam, nunc Angliam, eſt trajectus (uti Tacit. & Jul. Cæſ. meminere) Marco Antonino Vero & Luc. Aurel. Commodo AA. Imp. auctore *Antonino, Petro de Natalib. Iac. Meyero*, fidei Chriſtianæ religio eſt divulgata, cum primis apud Tarvannam, omnemque H viciniam, antiſtibus *Sanct. Fuſciano, Victorico, Piatone*, aliiſque ſociis, quos poſtea percenſebimus, ſub annum, CLXXIV. Pontif. Max. *Sotero*.

Treviri, Ubii, ſive Agrippienſes, qui nunc Colonienſes; Aquiſgranenſes, Tungri, Haſbani, Landi, Lupilii, unde Pippinum & Carolum Magnum ferunt oriundos, Trajectenſes ad Moſam, totus Eburonum ager, ſive hodie Leodienſium, Dionatum, quæ & Theodonis villa, Namurcum, locaque vicina, opera *S. Materni, Eucharii, Valerii, Mennii*, à S. Petro in Gallias deſtinatorum, fidei Chriſtianæ auſpicia ceperunt, Nerone Imper. anno XCVIII. uti habent *Placentius in Catal. Epiſcoporum Tungrenſ. Bruſthem. Demochen. & annales Leodienſ.*

In cauſa certè D. Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis de traditione ſacrorum codicum, adversùs calumnias criminationeſque Donatiſtarum dijudicanda, affuit *S. Maternus* Epiſcopus Agrippienſis, Miltiade Pont. Max. Conſtantino Mag. Aug. Imp. in Concilio Lateranenſi, & *Cæcilianus* à 19. Epiſcop. inſons inculpatuſque cenſus, & Donatiſtæ cavillatores condemnati.

A demnati. Meminit ejus ſynodi *D. Auguſt. ep. 162. 166.* & aliàs ſubinde: quantum verò laboris hac in re exantlarit adverſus Donatiſtas, nemo neſcit, qui vel à limine Auguſtinum ſalutarit (ut ſic dicam) vel primoribus labris ejus volumina guſtarit.

Metenſibus fidei religioniſque antiſtes fuit annos XXV. *S. Clemens* Rom. anno XL. Sancto Petro Pontif. Maxim. Cajo Calig. Imper. Clemente verò Romam evocato, ſuffecti ſunt in eandem Cathedram *Celeſtius*, *Felix*, *Patiens*, & alii, qui cunctam Lotharingiam plurimis Eccleſiis ornarunt: id quod in ipſo Provinciali reperire eſt. Suberant verò id temporis Argentinates & Alſatii Metenſium Epiſcopo, *teſte Gaſp. Bruſch.* Moguntinis ad fidem reducendis operam dedit *S. Creſcens*, al. *Creſcentius*, S. Pauli diſcipulus, an. circiter LX. Nerone Imp. S. Petro Pontif. Max. quod prodit *Gaſp. Bruſch.*

Auſtraſiam & Alſatiam univerſam, cunctumque Argentinatum, Baſileam, Helvetiam, & Cantonum populum omnem, ultra citraque Rhenum, Sanct. Petr. Pontif. Max. Nerone Imper. anno LV. *S. Euchariſt. Matern. Valer.* aliique id B genus apoſtolici viri, Chriſto ejuſque nomini ac fidei aſſeruere. Verùm relapſi illi partim in idolomaniam, partim in Arrianiſmum, per *S. Amandum* Trajectenſem Epiſcopum ad orthodoxiam ſunt revocati, Clodoveo & Clothario Francis imperantibus, anno, & quod excurrit, D. uti ex *Gaſp. Bruſſ. Surio*, *Democh.* liquet. Prædicavit etiam iſthic *Leodegarius* Francus, *teſte Lazio*.

In Bojis ſive Bojariis, nunc Bavaris, Churienſibus, atque Rhetiis, apoſtolum egiſſe ferunt *Lucium* quendam, quem nonnulli *Simonium* illum *Cyreneum* fuiſſe contendunt, qui unà cum Chriſto crucem geſtavit; quem Ratiſponæ, Salisburgi, Auguſtæ Vindelicorum, & Churiæ prædicaviſſe, ſatis in confeſſo eſt, ſub annum CLIV. Alii *Lucium* hunc Britanniæ Regem eſſe aſſerunt, patria ob fidem regnoque extorrem, Eleuthe. Pont. Max. Severo principe, anno circiter CLVI.

† Britannia, quæ nunc Anglia, conceſſit in fide religioniſque Chriſtianæ ſententiam *Eleutherio* Pontif. Maxim. Marco Antonio Vero & Aurelio Commodo fratr. Imper. AA. Lucio rege, Ariſtobulo, Fugatio, & Damiano apoſtolis, an- C no ſecundùm V. Bedam *lib. 1. hiſtor. Anglic. cap. 4. Sigebert. Proſ. Democh.* CLVI. aut, quod magis placet Hectori Boeth. CLXXXVII. Eam verò fidem indepravatam tenuiſſe inſulam uſque ad Diocletiani & Maxim. tyrannorum Imp. tempora, teſtatur V. Beda: & quidem Scoti, Picti, Hiberni, cæterique ejus climatis inſulares, videntur eodem tempore fidem accepiſſe, ſed Epiſcopum non ita, ſi V. Bedæ credendum eſt. Putat enim *libro 1. capite 13.* Scotis primum Epiſcopum fuiſſe *Palladium*, diaconum, Pontif. Maxim. Celeſtino, Theodoſ. Junio. Imper. anno CD. XX. vel juxta D. Proſp. in chron. CD. XXXIV. Baſſo & Antiocho Coſſ. Labefactarunt ſiquidem non parùm omnem Britonum provinciam Pelagius, Julianus, Celeſtinus, & alii quidam: eamque ob cauſam *Celeſtinus Papa S. Germanum* Antiſiodorenſem, & *Lupum* Trecenſem Epiſcopos illuc deſtinat, & Scotiæ antiſtitem præficit, quem diximus *Palladium*, Anno CCCCXXXIV. Non deſunt tamen qui exiſtiment, Scotos Epiſcopum habuiſſe *D. Palladium*, ſive illum ipſum, ſive ejuſdem nominis alium, Victore Pont. Max. Antonino Caracalla Imp. & Severo, rege Donaldo, anno CXCVI.

D His in generali de prima Epiſcopalium cathedrarum adminiſtratione velut prælibatis, ad particularem Epiſcoporum qui primis illis legitimè ſuffecti, ac alibi etiam pro locorum temporumve varietate inſtituti, & illorum qui his ſucceſſerunt enumerationem, progreſſum facimus.

*PARTICULARIOR ENUMERATIO EPISCOPORUM, QUI CHRISTI ECCLESIAM gubernarunt.

AC PRIMUM, EPISCOPI ANTIOCHENI.

Ex Cardin. Baronii Annalibus pleraque deſumpſimus.

Antiochia Syriæ Metropolis, condita perhibetur à Seleuco Nicanore, Olympiade CXIX. in memoriam patris ſui Antiochi, qui inſuper ea de cauſa alias quindecim civitates hoc nomine condidiſſe, vel ſaltem reſtauraſſe, ſcribitur à Volaterrano *lib. 9.* Hanc autem *Theopolim* appellat Juſtinianus, fortaſſis quòd primi hic credentes Chriſtianorum titulum meruerint, ut Lucas in Actis docet, capit. 11. Erat autem E urbs celeberrima tertium poſt Romanam dignitatis locum habens.

Venit ad hanc Apoſtolorum Princeps, poſtquam diſcipulorum jam diſperſorum prædicatio eum præveniſſet; idque anno Chriſti circiter trigeſimo octavo, ut notavit Hieronymus *in capite ſecundo Epiſtol. ad Galatas*, Euſebius *in Chronico*, & communiter alii. Igitur in hac primùm Religionis fundamenta *Petrus* ſtabilivit, & ſedem locavit, quamvis Lucas hujus inſtitutionis non meminerit; ut iterùm Hieronymus notavit; ac inter alia prætererit. Porrò Alexandrina Eccleſia & Patriarchatus prælatus fuit Antiocheno, licèt Marcus ex Petri commiſſione eam fundaſſet, ob prærogativam, quam Alexandriæ Romani contulerant, juxta quam illius præfectura etiam Auguſtalis erat, & longè præcellebat præfecturam Siriæ, ſive Antiochenam, ut quæ priori ſuberat, quomodo Hieroſolyma Cæſareæ Paleſtinæ. Primus ergo Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus & Patriarcha fuit S. Petrus, poſtquam biennium integrum peragraverat varias civitates & Provincias, prædicandi Euangelii cauſa. Eamque adminiſtravit annis ſeptem, ut ad- F firmat Damaſus in Pontificali, & *Gregorius libro ſexto, Epiſt. 37.* & teſtatur celebritas cathedræ Antiochenæ à Petro primùm ſtabilitæ. Porrò hoc obiter notaverim, Antiochenum Patriarcham olim, teſte Volaterrano, ſub ſe habuiſſe Provincias viginti, XIV. metropolitanos, LIII. Epiſcopos, urbem verò ipſam trecenta ſexaginta ſex templa. Suberat etiam huic Eccleſiæ Perſarum Eccleſia, ut docet Canon Niceni Concilii latinè redditus à Turriano, *in append. ad conſtitut. Clementis Can. 35.*

Graviter hallucinatur hic Onuphrius, quando in additionibus in Platinam adſerit, Antiochenam Eccleſiam à Petro fundatam poſt Romanam; eumque ob hoc nomen exagitat Cardin. Baronius Tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 39. numero 12. & meritò, cum in re tanti momenti non niſi conjectura utatur ſatis debili contra omnem Antiquitatis ſenſum & conſenſum, quod certè eſt ſapere, non ut oportet ſapere, neque ad ſobrietatem.

Petrus itaque poſt ſeptennii gubernationem, ſub annum 3. Claudii Imperatoris, Antiochia Romam diſceſſit, hoc eſt, an- G no circiter Chriſti quadrageſimoquarto, quando ſibi in cathedræ hujus functione ſubſtituit Evodium virum ſanctiſſimum de quo S. Ignatius, qui illi ſucceſſit, Epiſtol. 12. ſcribit: Mementote Evodii beatiſſimi Patris veſtri, qui primus poſt Apoſtolos, gubernacula veſtræ Eccleſiæ ſortitus eſt. Loquitur enim populo Antiocheno.

Cæterùm à nonnullis Evodius celebratur tanquam primus Epiſcopus Antiochenus, & ita eum vocat Euſebius in chronico; non quòd abſolutè primus fuerit, ſed quia poſt Petrum primus hic cathedram tenuerit, in eaque functione objerit martyrio affectus, quamvis ſit ordine ſecundus. Niſi dicamus primum, quòd propriè Petro non ſucceſſerit in omnibus: tranſlata namque Petri Sede Romam, ille reverà Petri ſucceſſor dicitur, qui poſt ejus obitum in locum & functionem ipſius ſuffectus eſt, & univerſalis Eccleſiæ curam ac præfecturam obtinuit: atque ita conſtat, qua ratione Evodius nunc primus, nunc ſecundus Epiſcopus Antiochenus nuncupetur.

Evodius igitur ſecundus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus numeris abſolutus, raræ pietatis, & zeli H non vulgaris, quique Apoſtolo Petro ſuccederet non indignus, annis plùs minùs 26. rexit, habens in miniſterio ſacro collegam, teſte Euſebio in chronico, Ignatium S. Joannis Euangeliſtæ diſcipulum; quem ob id fortaſſis Chryſoſtomus appellat D. Petri in hac Sede ſucceſſorem: neque enim is immediatus Petri ſucceſſor fuit, ſed interceſſit Evodius, quem Ignatius *Epiſtola 9. ad Philadelph.* recenſet inter illos qui virgines permanſerunt: & plura ab eo etiam ſcripta inſinuat Nicephorus *libro ſecundo hiſtor. capite tertio*. Perveniſſe traditur à Baronio, *in notis ad Martyrolog. 6. Maji*, uſque ad imperium Galbæ & Othonis. Verùm quod ore docuit, ſanguinis profuſione confirmavit, factus Chriſti martyr illuſtris, ſæviente in gentem Judæorum Antiocho etiam Judæo, ſed ad Paganiſmum dilapſo; qua de re conſulatur Joſephus *libro 7. de bello Iudaico*.

Ignatius Evodii in locum ſufficitur, quem tamen cum eodem ſediſſe, plerique ſubnixi auctoritati S. Chryſoſtomi, qui hujus etiam Eccleſiæ presbyter fuerat, adfir-

A mant non improbabiliter, ſic ut duos Epiſcopos ſimul habuerint Antiocheni, unum ex Gentibus, alterum ex Circumciſione ad Chriſtum converſis; idque propter exortum diſſidium, cujus meminit Paulus *cap. 2. ad Galatas*: quo ſedato, Ignatius Euodio ceſſit, eique trucidato ſucceſſit, & præfuit Eccleſiæ ſuæ annis quadraginta, uſque ad undecimum nimirùm Trajani annum, juxta Euſebii Chronologiam; cui annuere etiam videtur Baronius: damnatus tandem ad beſtias, martyrio coronatur Romæ. Scribit de illo S. Hieronymus *de Script. Eccleſiaſticis*, quanta promptitudine ſuppliciis illis ſe obtulerit, ut qui Romanis à carcere per epiſtolam inſinuaret: Utinam fruar beſtiis quæ mihi paratæ ſunt! quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me; ne, ſicut & aliorum martyrum, non audeant corpus attingere. Cumque jam in theatrum producendus rugire audiret Leones, patiendi ardore dicebat: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, & panis mundus inveniar. *Breviar. Roman. k. Februarii.*

Hero Diaconus, Antiochenus, magiſtro ſuo in Cathedra B ſucceſſit, prout ipſe diù ante prædixerat, exſtatque illius ad eum Epiſtola. Viam autem magiſtri pius & ſedulus imitator ſecutus, pro commendato ſibi grege amator Chriſti occubuit, poſtquam annis viginti ſediſſet, teſte Euſebio in Chronico. Ejus autem precatio ad Ignatium jam martyrio adfectum legitur in codice Vaticano, & refertur à Baronio anno Chriſti 110. Paſſus autem eſt Hero anno Domini 130. die 17. Octobris.

Succeſſit anno eodem Cornelius, & Cathedram hanc adminiſtravit annis tredecim. Ita Euſebius.

Hic vita functus, habuit ſucceſſorem Heronem II. Imperatore Antonino, ſeditque annis 27.

Theophilus Heroni ſubrogatur, vir perquàm eruditus, cujus excellentis ingenii ac pietatis complura Euſebii tempore opera exſtabant, ut ipſe fatetur *lib. 4. cap. 19. & in Chronico*. Sediſſe eum adfirmat annis octo; ſed cum ex ejus *commentariis ad Autolicum lib. 3.* conſtet, illum ſupervixiſſe M. Aurelio Imperatori, dicendum cum Nicephoro, eum ſediſſe annis tredecim, & mortuum anno Salvat. 183.

C Maximinus ſubrogatur, & ſedet annis decem.

Serapion præfuit Antiochenæ Eccleſiæ uſque ad annum Domini 213.

Aſclepiades ſucceſſit Serapioni, de quo Euſebius. Hic perſecutionis tempore ob conſtantem fidei confeſſionem multum laudis & gloriæ adeptus eſt: & mox recitat epiſtolam, quam ad illum ſcripſit Alexander Papa. Sedit annis ſex.

Philetus tempore Macrini I. floruit ſub annum 220. meminit illius Euſebius *l. 7. c. 16.* Niceph. *l. 5. c. 26.*

Zebenus vixit ann. 231. in Pontificatu Antiocheno: ſcribit de illo Euſebius ſuprà, *cap. 18.*

Babylas Zebeno ſufficitur anno 241. tenuitque ſedem uſque ad Decium Imperat. annos 12. qui prævidens perſecutionem quæ imminebat Eccleſiæ ſub eodem Decio, non viros tantùm, ſed & pueros, quos Chriſtiana religione imbuerat, ad martyrium animabat. Ipſe iiſdem dux & præco factus. Oſſa ejus in ſuburbio condita in templo quod Ethnici poſteà Apollini dedicarunt, à quo cum Julianus Apoſtata reſponſa flagitaſſet, obtumuit, cauſamque adjuratus dixit, pignorum ſacrorum hujus Martyris depoſitionem. Vide Sozomenum D *lib. 5. cap. 18.*

Fabianus, aliis Fabius, ad quem Cornelius Papa ſcripſit: ſucceſſit circa annum 255. qui cum ad Novatiani errores inclinaretur, à Pontifice admonitus fuit.

Demetrianus, qui ſedit uſque ad annum octavum Valeriani Imperatoris, ſalutis verò Chriſtianæ 262. Martyrio occubuit.

Eo mortuo, ſedem hanc inivit Paulus Samoſatenus, homo nefarius, qui varias hæreſes populavit. Magiſter fuerat Zenobiæ Reginæ: ejus obſcœnitates litteris traditæ reperiuntur. Damnatus in Conc. Antiocheno poſteriori, & expulſus tandem ab Aureliano Imperatore. Domnus ei ſuccedit, renunciatus Epiſcopus in Synodo Antiochena an. 272. præfuit annis ſex.

Timæus ſubrogatur anno circiter 278. & moritur 283.

Succedit Timæo Cyrillus, cujus tempore vixit Dorotheus presbyter. Legatur *Euſeb. lib. 7. cap. 25. & 28.*

Cyrillo vita defuncto, Cathedræ Antiochenæ præficitur non Dorotheus, ut nonnulli arbitrantur, ſecuti Demochatoris tabulas: ſed Tyrannus, quo ſedente, bellum adverſùs Dei E Eccleſiam valdè exarſit. Sedit anno 299.

Vitalis interfuit Concilio Ancyrano, obiit anno 314.

Philogonus, aliis Philogonius, maximus hoſtis ſectæ Arrianæ fuit, ac meminit illius Epiphanius in Panar. hæreſi 69. Hieronymus in Chronico, Nicephorus *lib. 8. cap. 6. 7. 9. 14.* Ex cauſidico factus Epiſcopus. Laudavit eum S. Joannes Chryſoſtomus in die illius natali Tom. 3. & à vitæ ſanctitate commendatur.

Paulinus, juxta B. Hieronymum, ſucceſſit, qui apud Theodoretum omittitur: vixit uſque ad annum 324.

Poſt varias diſceptationes accerſitur ad regimen hujus ſedis ex Beroenſi Eccleſia Euſtathius, ob inſignem vitæ in defendenda Catholica fide conſtantiam: interfuit Synodo Nicenæ, & Antiochenæ, ac contra Arrium claſſicum primus cecinit: ejectus in exilium, graves calumnias perpeſſus fuit, moritur exul anno 340. præſedit annis 18.

Succedit EULALIUS.

EUPRONIUS. F

PLACILIUS.

STEPHANUS, omnes Arriani, quamvis de horum ſerie parùm reperiatur litteris traditum.

Athanaſius teſtatur, anno Domini 356. ſediſſe Antiochiæ Leontium caſtratum, qui Stephano ſucceſſerat. Vide eumdem Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes. Erat etiam hic Leontius Arrianus.

Eudoxius etiam Arrianus anno 359. hic præfuit, & ſedere cœpit anno 348. poſt Concilium Sardicenſe, ita decernente Conſtantino Imperat. Cæterùm refert Theodoretus, quomodo occupantibus hanc Eccleſiam Arrianis, plerique Catholici pii per ſe conventus agere cœperint, quos Euſtachianos nuncupavere, quòd in unum poſt Euſtachii tempora coiviſſent. MELETIUS impurus hæreticus ex Sebaſteno Præſule Antiochenæ Eccleſiæ præficitur anno 360. & in exilium mittitur. Erat eo tempore ſchiſmas Antiochiæ.

Meletio in exilium profugo ſufficitur Euzojus ejuſdem farinæ & pretii, etiam ſchiſmate durante. Intereà Catholici G Epiſcopi erant Paulinus, qui Damaſo Pontifici adhærebat: & Flavianus, qui illum accuſabat, quaſi minùs rectè ſentientem de SS. Trinitate. At mera ea calumnia erat, ut exinde convincitur, quòd Damaſo Papæ fuerit integerrimus, & ſummæ apud illum exiſtimationis. Porrò Flavianus contra præſtitum juramentum Meletio fuerat ſuffectus anno Domini 381. & uſque ad annum 408. ſchiſma hoc componi non potuit, donec tandem per Innocentium Pontificem ſublatum fuit.

Intereà Flaviano mortuo, Rophyrius homo ſceleratus v invadit thronum Antiochenum anno 404. ejuſque communionem vitant Antiocheni, & omnium plauſu moritur anno 408. ac immeritò à Theodoreto commendatur, nec unquam ei communicare voluit Romanus Epiſcopus. Tunc demum pacis radius affulgere cœpit, ac unanimi ſuffragio electus eſt Alexander, qui diſſidentes conjunxit, & ſchiſmati ulteriori viam præcluſit: Jam enim annis 48. duraverat. De hoc Epiſcopo teſtatur Theodoretus, quòd vitæ ipſius ratio pulchrè cum Epiſcopatu conſenſerit: ut ſevera diſciplina, ſtudio ſapientiæ, egeſtate voluntaria, eloquentia, aliiſque H Spiritus ſancti donis multum excelluerit: hæc ille *lib. 5. hiſt capite 35.*

De pace autem Eccleſiæ Antiochenæ reſtituta, legatur Epiſtola Innocentii Papæ ad Bonifacium. Sedit annis 4. S. Alexandro vita functo, ait Theodoretus, Theodorus continentiæ velut Margarita, Eccleſiæ præſulatum obtinuit, vir manſuetudine inſignis, & accurata vitæ inſtitutione egregiè exornatus. Evenit id anno 411. Junxit autem Apollinariſtas Antiochenos Eccleſiæ Catholicæ, ſeditque uſque annum 427.

Succedit Joannes in functione, non tamen in virtute, cum plus æquo Neſtorii implicaretur erroribus, ſic ut ab Oecumenico Concilio Epheſino excommunicaretur: tandem damnat Neſtorium, & abſolvitur. Supervixit uſque ad annum 436. cum ſediſſet annos tredecim. Nicephorus tamen 18. illi tribuit.

Subrogatus eſt illi ex ſorore nepos Domnus Monachus, ſed monaſterii deſertor; cui Euthymius prædixerat, quòd quidem adminiſtrationem Cathedræ hujus conſequeretur, at

quòd rurſus ei ejiceretur, prout reverà accidit. Convenit autem magnum illum Simeonem Stilitam, teſte Nicephoro. Interfuit Synodo Chalcedonenſi. Maximus inivit Epiſcopatum anno 449. etiam iſte fuit in Chalcedon. Synodo. Præfuit annis circiter decem.

Acacius quidam huic ſucceſſor à Baronio adſeritur, & unum annum ſediſſe. *Tom.6. Annal. ad ann.*459. *num.*18. qui tamen ab aliis omittitur.

Martyrius vitæ ſanctitate inſignis fit Epiſcopus anno 459. quo ſedente, Antiocheni variis ſeditionibus & tumultibus inter ſe digladiantur, excitante eos Petro Fullone Monacho, qui Zenoni Prætori urbis, genero Leonis Imperat. adhærebat, ſic ut illi de Epiſcopo mutando deliberarent ut ſcribit Alexander apud Surium Tom. 3. Sermon. de S. Barnaba. Igitur Orthodoxus Epiſcopus calumniis impetitus, coram Imperatore ſe ſiſtit: verùm cum honore dimiſſus fuit. At reverſus Antiochiam, cum cives ſuos ſeditionibus delectari videret, & Zenonem eoſdem excitare adverteret, ultrò honore defungitur, uſus hac proclamatione in Eccleſia: Clero immorigero & populo rebelli & Eccleſiæ contaminatæ renuntio; ſervata duntaxat mihi Sacerdotii dignitate. Hæc Theodorus Lector, qui addit:

Cathedram Epiſcopalem ita vacantem vi invaſit Petrus ille Fullo, vulgò Gnapheus, quem Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo agente, Imperator in exilium relegaſſet, niſi fuga elapſus fuiſſet, poſtquam triennio ſedem occupaverat. Vacavit itaque ſedes aliquo tempore, eò quòd non alium quàm Orthodoxum illi præficere Imperator volebat.

JULIANUS.
JOANNES.
STEPHANUS, ab Antonio Demochare ſubjiciuntur.

STEPHANUS II. Epiſcopus electus, approbante clero & populo, triennium ſedit: obiit autem anno 482. Quando omnium ſuffragiis ſurrogatur Calendion Catholicus Epiſcopus, approbante ejus electionem Simplicio Rom. Pontifice, quamvis invito Acacio Conſtantinopolitano Præſule id acciderit. Qui idcircò pulſo Calendione, reſtituit Petrum Gnapheum ſive Fullonem Arrianum. Petrus igitur Gnapheus rurſus fit Epiſcopus, & anno ſequente 483. qui primus erat Felicis Pontificis, in Synodo Romana condemnatur, & deponitur, tandemque anno 486. ad divinæ juſtitiæ tribunal evocatur.

At nec tunc licuit Antiochenæ Eccleſiæ Orthodoxi Epiſcopi communione frui, hæreticis prævalentibus favore Zenonis Imperat. unde ſucceſſit illi in munere & ſcelere Palladius, qui cum Arrianis Epiſcopis communionem tenebat: poſt decennalem gubernationem diſceſſit anno 496. Ejus locum Flavianus Junior accepit, qui quidem adversùs Imperatorem & hæreticos murus pro domo Iſrael extitit, ejuſque rei cauſa meruit cum aliis confeſſoribus Epiſcopis exilium conſtanter ſubire ex decreto Pſeudoſynodi, quam Anaſtaſius Imperator apud Sydonem congregaverat ex octoginta perfidis Epiſcopis anno 512. Manet nihilominùs in ſua Sede, nec ceſſat acerrimum movere bellum adversùs hæreticos, donec ad Petram exire compellitur, uti & Elias Patriarcha Hieroſolymitanus in Hajala: moriente autem Anaſtaſio Imperatore, divinitùs admonentur ſancti Antiſtites, unde eodem die ſibi per litteras id ſignificarunt, ut eſt auctor Sophronius cap. 35. Prat. Spirit. Anaſtaſius hodie mortuus eſt, eamus & nos ut cum illo judicemur. Et ecce poſt duos dies, nempè à ſcriptis litteris, uterque ad Dominum migravit, terribili Dei judicio adversùs illum ſe ſiſtere parati. Incidit eorum mors in annum Domini 518. Lege Baronium *Tom.6. Annalium* ad eum annum, *num.*25.

Eo mortuo, Severus Cathedram invadit, ſed ut erat Manichæorum labe infectus, Catholicorum acclamatione importuna damnatur, & ejici dignus denuntiatur: tandem decreto Juſtini Imperat. anno 519. condemnatur, ut lingua illi, qua Deum toties blaſphemaverat, præcideretur: quod irrogatum ſupplicium fuga vitavit, ut colligere eſt apud Euagrium *lib.*4. *c.*4. hiſtoriæ ſuæ: & Liberatum Diaconum.

In ejus ſedem ſucceſſit Paulus, cui cum mandaretur, ut Chalcedonenſem Synodum promulgaret, ſponté Antiochia diſceſſit, vitæque curſu conſummato emigravit, antequam hæreſi qua infectus videbatur, reſipuiſſet. Scripſit de illo graves querelas Imperator ad Hormiſdam Pontificem. Sedit annos duos. Sedem ipſius Euphraſius Hieroſolymis Antiochiam profectus capeſſit, ait *Euagrius lib.4. cap.4. in fine*, anno Sal. 521. Hoc ſedente, Antiochiam quæ omnium hæreſium totius Orientis emporium evaſerat, ingens Terræ motus concuſſit, eaque etiam clade Antiſtes occubuit anno 525. menſe Majo.

Ephraimus, ſive Ephrem, ad curam hujus urbis ſuſcipiendam mox eligitur anno ſequente 526. Sanè Epiſcopi novi electione urbs reſpirare videbatur. Erat priùs Comes Orientis, pietate inſignis, & Imperatore annuente huic Cathedræ præficiebatur. Agit de ejus electione Euagrius *cap.*5. *lib.*4. quam divinitùs ei inſinuatam memorat. Erat in pauperes munificentiſſimus, & acer veritatis Catholicæ adſertor, & pro eadem per Orientem reſtituenda, omni hæreſi expulſa, impensè laborabat. Stylitem Severiana labe infectum corripuit, & miraculo ad ſaniorem mentem adegit; de quo fusè *Baronius Tom. 7. ad ann.*526. *num* 57. Porrò meritorum plenus ex hac vita migravit anno 546. poſtquam ſumma cum pietate annos decem & octo præfuiſſet.

In ejus locum Domnus III. ſuffectus anno eodem fuit. Interfuit & ſubſcripſit Synodo Quintæ: ejuſque fidei formulam miſit Imperatori Juſtiniano Vigilius Pontifex: moritur verò an. 561.

Succedit Anaſtaſius cognomento Sinaita. Erat vir doctus, ſanctus, & prudens, qui cives ſuos adversùs quædam Juſtiniani decreta in fide confirmavit: tandem à Juſtino illius ſucceſſore in exilium miſſus an. 572. & à Mauritio reſtitutus, poſtquam an. 24. à ſede ſua profugus fuiſſet.

Intereà à Juſtino Gregorius quidam laudatiſſimæ vitæ & pluribus virtutibus excellens ſubſtituitur, annuente Epiſcoporum Synodo. De cujus laudibus multa ſcripta reperiuntur apud Euagrium *lib.*5. *cap.*6. hiſtoriæ, & in Prato Spirituali *cap.* 42. Præfuit uſque ad annum 594. quando Anaſtaſius reſtituitur in priſtinum locum à Mauritio Imperatore, anno ſcilicet 594. & in Eccleſiam ſuam recipitur anno ſequente: multa eruditionis ſuæ & zeli in Catholicam Religionem monumenta reliquit, veritatis aſſertor incorruptus: tandem non ſine opinione ſanctitatis exceſſit anno 599. qui ſextus erat à reſtitutione.

Succeſſorem habuit Anaſtaſius Sinaita alium Anaſtaſium quem Juniorem vocant, cujus electio à Rom. Pontifice fuit confirmata, extatque ad eum S. Gregorii Epiſtola, *lib.* 7. *Epiſtol.*48. *edit. Latinæ ſive Romanæ*. Multa hic paſſus ab hæreticis fuit, tandemque à Judæis trucidatus anno 609. & Martyrum Catalogo adſcriptus.

Habuit qui in functione Epiſcopali ſuccederet, hominem improbum, hæreſi Monothelitarum infectum, Macarium; cujus impoſtura in Concilio Conſtantinopol. detecta, & ipſe à Patribus exploſus, Romamque miſſus, in monaſterium detruſus fuit, & pertinax in errore permanſit.

Locum cum dignitate excepit THEOPHANIUS.

Hoc ſedente, Sarraceni & Arabes Syriam populati, paſſi non fuerunt, ut Antiochiæ Patriarcha conſtitueretur: vacavit igitur Sedes annis 40. uſque ad tempora Conſtantini Copronymi, quando velut excitari è ſomno viſa Eccleſia Antiochena, Imperatoris & Catholicorum ſuffragio eligitur in Epiſcopum

Stephanus monachus Syrus, anno ſcilicet 741. qui cum ſediſſet annis duobus, ut ſcribit Theophanes, permiſit Princeps Saracenorum conſecrari in demortui locum Theophylactum Edeſſenum, virum magnæ virtutis, & divinis chariſmatibus fulgentem, an. 744. ſedit autem annos ſeptem.

Theodorus illi ſuccedit annos 16. Imperii Conſtantini Copron. Verùm invidia Arabum, ait rurſus Theophanes, ſede ſua pulſus, quòd dicerent, eum res illorum Imperatori per litteras indicare.

EPISCOPI ET PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI.

Ex Euſebio, Epiphanio, Nicephoro, Ruffino, Baronio.

Hieruſalem ſive Jeruſalem urbs perfecti decoris juxta Jeremiam in Threnis, in medio terræ poſita, Civitas Dei ſancta & electa, tantaque gloriæ prærogativa effulſit, ut & fidelis cujuſque animæ & militantis pariter ac triumphantis Eccleſiæ extiterit figura; quæ à Melchiſedech condita anno mundi 2020. aut circiter, Salem priùs dicta, poſtea à Jebuſæo filio Chanaam poſſeſſa etiam Jebuſæum appellata aliquandiu fuit; Rex David autem eandem regni caput & metropolim conſtituit, & in ea Salomon templum illud auguſtiſſimum juxta Dei voluntatem

extruxit, & ſplendore ſuo orbis miraculum evaſit, anniſque ſupra 460. inſtar Paradiſi cujuſdam terreſtris floruit. Verùm cum principum populique impietas & templum idolorum cultu profanaſſet, urbemque innoxio ſanguine impleviſſet, Deo vindicante, per Nabucodonoſor primùm everſa funditùs fuit. Mox à Neemia, Machabæis, Herode & aliis reſtaurata, annis 520. inſigni ſplendore coruſcavit. In hac ceu theatro quodam orbis Dominus JESUS ſalutem noſtram operatus eſt, atque inde velut centro univerſæ terræ, Apoſtoli ſuam prædicationem exorſi, Euangelium toto orbe promulgarunt. Sic ut ad litteram impleretur illud Iſajæ: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.

Hic Apoſtoli virtute ex alto ſuperinduti, Chriſto filios parere, & Eccleſiam conſtituere cœperunt, & primam Synodum celebrarunt, de qua *Actor. cap.*15. ac fidei ſymbolum conceperunt, atque ex hac ceu portu quodam egreſſi, in omnem terram exierunt. Porrò Petrus qui Apoſtolici culminis Princeps & ſupremus Eccleſiæ Paſtor à Domino erat conſtitutus, creſcente fidelium numero, dum ipſe ſolicitus in omnem partem inſtat opportunè & importunè, ut ad ovile Chriſti plures adducerentur, ne Hieroſolyma paſtore viduata exiſteret & ſemen feliciter projectum in terram bonam, debitæ irrigationis defectu exareſceret, Jacobum Alphæi cognomento Juſtum ibidem Epiſcopum ordinavit & formam præſcripſit, quomodo deinceps Epiſcopos non niſi à tribus Epiſcopis conſecraretur, aſſumpto ſecum ad eam functionem Joanne & altero Jacobo; ut colligere eſt ex Epiſtola Anacleti *Tom.*1. *Concil. & Euſeb. in Chronico, ac lib.*2. *hiſtor. cap.*1.

Venerab. Beda in Martyrologio ponit diem hujus ordinationis 27. Decemb. anno quo ſalutem noſtram Dei filius conſummavit. Inſignia quædam hujus Epiſcopatus multis ſæculis ſervata perhibentur, ac nominatim Cathedræ D. Jacobi meminit Euſebius l.7. cap.14. in fine, uſque ad tempore ſua in magna veneratione habitæ. Alii etiam bracteæ ſive laminæ aureæ quam idem in capite geſtabat, ceu ornamentum & ſymbolum regalis ſacerdotii, quale etiam geſtaſſe S. Joannem Euangeliſtam teſtatur Polycrates Epheſiorum Antiſtes, *apud Euſeb. lib.*5. *c.*23. *hiſtoriæ*.

Cæterùm Jacobus ſemper virgo permanſiſſe ſcribitur, nec carnibus nec vino uſus, ab omnibus ob eximiam vitæ ſanctitatem cultus, ut cui uni permittebatur ingredi Sancta Sanctorum; cujus etiam genua orandi aſſiduitate Cameli in modum obriguiſſe, Euſebius teſtatum reliquit. Verùm invidia Judæorum qui invidebant honori, & nomini Chriſti, ſuper templi pinnaculum ſublatus, inde præcipitatus fuit: cumque dejectus adhuc ſpiraret, & pro malefactoribus oraret, fullo quidam arrepto vecte, quo veſtes premere ſolebat, in caput illius impegit, & ita vitam beato martyrii cruciatu amiſit. Erat tantæ in eo ſanctitatis, dum adhuc viveret, apud omnes opinio, ut certatim fimbriam veſtimenti ejus cuperent attingere. Reliquit autem Apoſtolatus ſui egregium monumentum Epiſtolam ad duodecim Tribus, quæ erant in diſperſione; quæ una eſt de ſeptem Catholicis. Ejus autem mors accidit an. 7. Neronis, poſtquam ſediſſet annos 29. idque anno Chriſti 63. ætatis illius erat ſecundùm Epiphanium nonageſimus ſextus.

Succeſſit Jacobo Simeon etiam Cleophæ nominatus, & frater Domini, quem Hegeſippus refert vixiſſe annos 120. & Judæorum invidia in judicium vocatum, tandemque in crucem actum, martyrio fuiſſe coronatum anno 10. Imperii Trajani ſub Attico viro conſulari.

In ejus locum, rejecto Theobulo quodam qui eum ambiverat, ſuffectus eſt Juſtus, qui poſt annos tres regiminis etiam Martyrium ſubiit, anno Chriſti 113.

Eandem ſortem felicitatis experti ex ordine fuerunt

ZACHÆUS.
TOBIAS.
BENJAMIN.
JOANNES.
MATHIAS.

Benjamin II. Qui ſex intra annos tredecim, uſque ad octavum Hadriani annum, ut Euſebius in chronico ſcribit, conſumpti perſecutionis gladio perierunt. Et valdè dolendum excidiſſe nobiliſſimæ Eccleſiæ hujus, & virorum præclariſſimorum monumenta.

In ſerie verò Epiſcoporum hujus urbis, quam Demochares tradit, omittitur poſtremus ille Benjamin, quem tamen ſignanter adſerit prioribus Baronius ex Euſebio, qui etiam ſucceſſorem hujus deſignat Philippum.

Quo etiam pro fide trucidato, hanc cathedram obtinuit SENECA.

Poſt quem Juſtus.
Huic ſuffectus eſt Levi.
Poſt hunc Ephrem.

Cui ſucceſſit Judas, qui vixit uſque ad annum 11. Antonini Imp. & ſcribit Euſebius in Chronico, omnes iſtos præſediſſe uſque ad everſionem quam ab Hadriano perpeſſa eſt Hieruſalem, fueruntque omnes hi ex circumciſione Epiſcopi; qui quanto tempore ſederint, non niſi conjectura aſſequuntur, qui illud definiunt.

Qui verò deinceps huic Cathedræ præſederunt, ex Gentibus adſciti fuerunt, quorum primus numeratur

Marcus anno 19. Imperii Hadriani, Chriſti autem 138. de quo *Euſebius lib.*4. *cap.*7.

Caſſianus poſt illum ſuſcepit Epiſcopatum, ut teſtatur in Chronico Euſebius.

Publius Epiſcopus fuit 18.
Succeſſit Maximus.
Huic autem Julianus.
CAJANUS.
SYMMACHUS.
CAJUS.
JULIANUS.
CAPITO.

Hos omnes Euſebius tradit uſque ad annum quintum Commodi Imperatoris vixiſſe, ſcilicet Chriſti 186.

MAXIMUS.
ANTONINUS.
VALENS.
DOLICHIANUS.

Narciſſus interfuit & præfuit Concilio habito de Paſchate celebrando: claruit miraculis in vita, & fugiens perſecutorum violentiam, latuit in deſerto annis permultis, ſic ut ignotum eſſet, quò ſe recepiſſet. Itaque omnium votis eligitur, DIUS, alii.

ÆLIUS poſt illum.
GERMANIO.
GORDIUS.

Narciſſus iterùm comparens, à fratribus eligitur an. 199.

Horum omnium tempora fatetur Euſebius ſe diſcernere non potuiſſe. Unde temerariè faciunt, qui cuilibet certum annorum numerum affingunt, cum Euſebius Epiſcopus Cæſareæ ſub cujus Metropoli erat Hieroſolyma, fateatur ſe illos ignorare. Hos ſecuti

Alexander primo anno Antonini filii Severi Imper. qui Chriſti 213. poſtquam ab ipſo Severo pro fide Chriſti vinculis traditus fuiſſet, graviaque perpeſſus eſſet: fuit autem collega *Narciſſi*; & ipſo ſuperſtite ad cathedram hanc deſtinatus, & divinitùs ut eam provinciam ſuſciperet, admonitus, teſte Euſebio *lib. hiſt.*6. *cap.*89. citato à Baronio ad annum Chriſti 199. *n.*8. Inſtruxit Alexander Hieroſolymis inſignem bibliothecam, quæ uſque ad tempora Euſebii integra permanſit. Occubuit autem Chriſti Martyr illuſtris in carcere an. Dom. 253.

Quo tempore illius ſucceſſor declaratur Mazabenes imperante Decio: præfuit Eccleſiæ iſti uſque ad annum 266. qui 12. erat Gallieni Imperatoris.

Hymeneus ſuccedit. Interfuit Concilio Antiocheno contra Paulum Samoſatenum: vixit uſque ad 13. annum Diocletiani, Chriſti verò 296.

Ejus miniſterium, ait Euſebius in chron. capeſſit Zambdas, eoque paulò poſt mortuo, Hermon, poſtremus illorum qui noſtra memoria ante perſecutionem fuerunt Epiſcopi. Porrò Zambdas Epiſc. inſtruxerat legionem Thebæam, quæ conſtabat ſex mille ſexcentis & ſexaginta ſex militibus, in fide Chriſtiana, qui omnes poſtea pro eadem trucidati fuerunt juſſu Valerii Maximiani Cæſaris. *Vide de Hermone Euſebium lib.* 7. *cap.*9.

Hermone, quem Thermonem alii, mortuo, ſuccedit celebris ille Macarius anno ſeptimo Conſtantini Magni Imp. anno 312. quem ferunt inventa Cruce Domini, Imperatorem auro gemmiſque fulgentem, dum eam inferret Hieroſolymam, monuiſſe habitum regium deponere, utpotè in porta civitatis ſubſiſtentem, nec progredi valentem, donec eum exuiſſet. Extruxit templum Hieroſolymis, Imperatore ſumptus conferente. Arrianis fortiter ſe oppoſuit, Chriſtique confeſſor ſanctiſſimus obiit anno 331. cum annis 19. eam Eccleſiam ſumma cum pace gubernaſſet, plenus meritorum & dierum.

A Succedit Maximus, quem Macarius ante Eccleſiæ Dioſpolitanæ Epiſcopum conſecraverat; ſed cognita illius virtute, populus univerſus eum Hieroſolymæ retinere voluit; quo factum, ut Macario ſuffectus fuerit. Erat familiaris S. Athanaſio, ut cujus nomine convocavit Concilium, in quo Epiſcopi illi qui priùs ei obſtiterant, & contra eum ſubſcripſerant, facti pœnitentes, ejus communi conſociari poſtulabant. Obiit autem anno Chriſti 351. Videatur Sozomenus. Poſt hunc ſucceſſio Epiſcoporum nonnihil interverſa reperitur, nam 4. Cyrilli ponuntur à Hieronymo: ab Epiphanio verò duo duntaxat, hoc ordine:

CYRILLUS.

Irenæus, quem cognomine Cyrillum vocat Hieronym.

Cyrillus III. quem Eutychium exiſtimat Baronius à S. Hieronymo appellari.

Hilarion, quem iterùm Cyrillum nuncupat Hieronymus. At Ruffinus unum tantùm Cyrillum poſt Maximum ſediſſe Hieroſolymæ adfirmat: idem ſentit Nicephorus, qui dicit unum tantùm Cyrillum Catholicum ſucceſſiſſe, & ab Arrianis pulſum. De quo ſcribere indubiè putandus eſt Hierony- B mus, quòd ſæpiùs ab Eccleſia ſua pulſus & receptus, ad extremum ſub Theodoſio Principe annis octo inconcuſſum tenuit Epiſcopatum.

Et juxta Nicephorum in Chronico, hæc eſſet ſucceſſionis ſeries;

Maximus,
Cyrillus.
Arſenius, aliis Herennius,
HERACLIUS.
HILARIUS,
Huic ſubjicit Ruffinus *l.2.c.21.* alium Cyrillum.

Verùm inſiſtendo Chronico S. Hieronymi, Cyrillus ille Catholicus qui Sancti nomen dignitatemque obtinuit, ſedit uſque ad annum Chriſti 386. Theodoſii 8. extant illius Catheches quas in adoleſcentia elaboravit.

Succeſſit illi tum temporis Joannes, adversùs quem S. Hieronymus ſcripſit epiſt.61. quòd cum Arrianis & Macedonianis communicaret. Videtur tamen rediiſſe ad Catholicos ſpe dignitatis Epiſcopalis: fovit errores Origenis, & adversùs Epiphanium commotus, & Hieronymum, multis ca- C lumniis utrumque impetit; & quidem Hieronymum excommunicavit, & ut in exilium mitteretur, laboravit apud Theodoſium Imperat. Incidit poſtea in varios errores, ſuper quibus ab InnocentioPP. Auguſtino, aliiſque, ſeriò fuit admonitus. Obiit tandem anno Sal.416. ſatis ex omnium voto, poſtquam annis 30. ſedem tenuiſſet. Succeſſit Joan. Praylus juxta Theodoretum, *lib.5. cap.* 27. & reperiuntur Litteræ Sozymi PP. ad illum de anno 417. unde emendandus eſt Nicephorus in Chronico, qui Paulinum quendam illi ſubjicit. Item alius quidam Nepotem nomine illi ſubjiciens. Sedit Praylus uſque ad annum 429. Hinc rurſus errat Nicephori Chronicon annum 620. illi adſcribens. Juvenalis hoc anno eligitur, ad quem extant litteræ Cyrilli Alexandrini Epiſc. de an. 430. Interfuit Conc. Epheſino, atque in eo primatum ambivit Paleſtinæ; ſed à Cyrillo Apoſtolicæ Sedis Vicario repulſam paſſus eſt. Donavit Eudoxiæ Auguſtæ elegantes reliquias, de quibus conſule Baronium anno 439.n.4.t.5. Annal. Interfuit Conc. Epheſino & Chalcedonenſi: redargutus à S. Leone, nec boni nominis inter Præſules habebatur. Sedit an.628. obiit an.457.

D Anno demùm ſequente Anaſtaſius presbyter, illius Eccleſiæ vaſorum cuſtos, ab Eutymio Anachoreta præſignificatus, an. 458. quo etiam moriente, ille obiit anno 477. poſtquam annis 19. præfuiſſet.

Ejus locum Martyrius monachus Cappadox, quod etiam Euthymius prædixerat, accepit. Fuit ſedulus ovilis Dominici ſpeculator, & in fide propaganda ſtrenuè laboravit: vixit uſque ad annum 485.

Succedit Salluſtius diſciplinæ monaſticæ reſtitutor, qui cum annis octo ſediſſet, obiit.

Anno verò 492. eligitur Elias Monachus, qui vitæ rigorem quem prius obſervabat, in Epiſcopatu non mutavit, vinumque non bibit, ut Polycrhonius apud Sophronium teſtatur, *cap.*35. Prati Spiritualis. Erat verè ſicut alter Elias, pro fide Chriſti ſe velut murum opponens apud Anaſtaſium Imper. à quo mox in exilium miſſus eſt. Sedit uſque ad annum 514.

Quo anno electus Joannes vir omni virtutum genere excultus, qui ſanctum Sabam & Theodoſium Archimandritam convivio excepit, multaque ſanctitatis ſuæ teſtimonia reliquit, cumque ſediſſet annos undecim

Suffectus eidem, anno ſcilicet 525. Petrus vir virtute inſi- E gnis, ut legitur apud Surium in Actis Sabæ 5. Decemb.

Macarius II. Petro ſuccedit, at mox Origeniſta effectus eſt, & id potiùs alicui levitati attribuendum cenſet Baronius, quàm errori aut veritati, cum alioquin commendatur ab aliis, quòd etiam dono prophetiæ inclaruerit. Electus fuit an. 544. & ob ſuſpicionem hæreſis ſede pulſus, mox tamen, ubi Origenem damnaverat, reſtitutus, ſedit annos quatuor.

Ei ſucceſſit Euſtochius, cujus nomen non agnoſcit Demochares. Interfuit autem per Legatum quintæ Synodo Oecumenicæ: ſedit uſque ad annum 561.

Subſtituitur illi Joannes, cujus tempus & res geſtæ prorsùs ſunt obſcuræ, ut refert Baronius ad annum 561. licèt alii eum in locum Macarii reſtitutum velint.

Succedit huic Amos Abbas, cujus conſecrationi ſe interfuiſſe Sophronius teſtatur, *cap.*149. Prati Spiritualis. Præfuit uſque ad annum 601.

Electus loco hujus fuit Euthychius, qui ſtatim litteras profeſſionis Catholicæ Gregorio M. Pontifici miſit, & Romanæ cathedræ communioni aſſociatus fuit. F

ALEXANDRINORUM EPISCOPORUM ET PATRIARCHARUM CATALOGUS.

Ex Euſebio lib.2. 3. 4. & 6. Nicephoro lib.3. 4. & 5. Euagrio lib.5. & 18. Cæſare Baronio, & aliis.

Alexandria Ægypti illuſtris Civitas, ab Alexandro Magno condita annis 280. ante Salvatoris adventum. Urbs potens, populoſa, ad maris Mediterranei extremitatem ſita, quam Auguſtus Cæſar ob memoriam Conditoris, ſplendorem ædium & vicorum, denique propter Arium Philoſophum qui ibidem Ethicen docuerat, conſervavit poſt devictum Antonium. Cæterùm injuria temporum & bellorum furoribus multùm labefactata eſt, ſub Turcarum poteſtate gemens. Ad hanc Civitatem & gentem miſſus S. Marcus Euangeliſta fidei Chriſtianæ ſemen jacere cœpit, & Eccleſiaſticam ibidem ſcholam inſtituit, ex qua viri celeberrimi, Origenes, Philo, Baſilius, Hieronymus, aliique eruditiſſimi ſucceſſivè prodierunt. G

Porrò Marcus qui Euangelium ſcripſit, Petrum Romam proficiſcentem ſecutus, alius eſt ab illo, quem Joannem Marcum cognomento appellant veteres hiſtoriæ. Hic autem Marcus à S Petro deſignatus & conſtitutus Epiſcopus, Alexandriam conceſſit anno Chriſti 46. aut circiter: quod autem de illo ſcribitur, quaſi ſibi pollicem manus dextræ amputaſſet, nè Epiſcopus fieret, inter fabellas illius ævi computamus. Cæterùm Eccleſia Romana primum, Alexandria ſecundum dignitatis locum conſecuta fuit, quòd Marcus, eam nomine Petri erexiſſet, ut teſtis eſt Gelaſius Papa decreto de lib. Apocryphis. Conſtitit autem Marcus, ait *S. Hieronym. de ſcript. Eccleſ.* tanta doctrina & vitæ continentia, ut omnes homines Chriſto ad exemplum ſui cogeret. Poſtquam autem annis 19. multos Chriſto filios peperiſſet, inter Miſſarum ſolemnia, Dominico die, à Gentilibus invaſus, ac funibus tractus per ſaxa ad mare, glorioſo martyrio vitam hanc conſummavit. Neronis anno 8.

Succeſſere anno Chriſti 64. Anianus, Hieronymo auctore; ſeditque hic annis 22. uſque ad an.87. Domitiani Imp.4.

Abilius annis 13. uſque ad annum 99. H
Cerdon annis 11. ſedit, uſque ad annum 110.
Primus ſedit an.12. uſque ad annum 122.
Juſtus ſedit annis 11. uſque ad annum 133.
Eumenes obiit anno 145.
Marcus ſedit an.10. uſque ad annum 155.
Celadion rexit an.14. uſque ad an.169.
Agrippinus præfuit annis 12. uſque ad an.178.
Julianus ſedit uſque ad annum 188.
Demetrius ſedit annis 44. deceſſit anno 232.
Heraclas annis 16. uſque ad annum 246.
Dionyſius ſedit annis 17. uſque ad annum 270.
Maximus annis 18.
Theonas ſedit annis 19. uſque ad annum 285.
Petrus ſedit annis 12. uſque ad annum 304.
Achillas annis 7. uſque ad annum 318.

Alexander in Conc. Niceno interfuit tempore Conſtantini Magni uſque ad annum 323.

Athanaſius, qui cum perſecutiones fugeret, præfuerunt Arriani, & conſtituerunt Gregorium Epiſcopum, quem

A poſtea minùs gratum depoſuerunt, & Georgium quendam in ſede Alexandrina collocarunt, uſque annum 333.

Petrus.
Timotheus Petri frater.
Theophilus.

Cyrillus filius fratris Theophili, interfuit in Concilio Epheſino contra Neſtorium.

Dioſcorus hæreticus Eutychianus: contra hunc ſynodus Chalcedonenſis; uſque ad annum 449.

Protherius martyr, uſque ad annum 453.
Timotheus Salophaciolus ab hæreticis dejicitur.
Timotheus Ælurus hæreticus.

Petrus Moggus hæreticus, præfuit diebus 36. à Zenone Imperatore extruditur.

Timotheus Salophaciolus reſtituitur.

Joannes Catholicus factione Acacii Conſtantinop. à ſede pellitur à Zenone Imperatore.

Petrus Moggus reſtituitur.
Athanaſius cognomento Celetes ſive Herniosus.
Joannes.

B Joannes alter, quem in exilium egit Anaſtaſius Imperator ob fidem.

Dioſcorus temp. Juſtiniani.
Theodoſius dejicitur ob hæreſin.
Zoilus.
Apollinaris.
Joannes.

Eulogius, qui à Nicephoro *cap.*26. *lib.*18. præfuiſſe 25. annis dicitur.

Theodorus Scriba an.2.
Joannes Miſericors Cyprius.
Georgius.
Cyrus Hæreticus.
Coſmas Monothelita.
Thomas ſub Eirene.

CONSTANTINOPOLITANORUM EPISCOPORUM, ET PATRIARCHARUM SERIES.

Ex Nicephori lib.8. cap.7. Item lib.9. 11. 12. 14. & Zonara, C *Euagrio, Baronio, Democharez, & aliis.*

Conſtantinopolis, quæ & Byzantium & Argos priùs appellata, à Lacedæmoniis condita perhibetur, Duce Pauſania; quam tamen Conſtantinus Imp. amplificavit, & adeò exornavit, ut Syriæ Metropolis, & velut altera Roma evaſerit. Scriptores vetuſti qui florentem viderant, potiùs Deorum, quàm Imperatorum habitaculum cenſuerunt. Intereà nomen Urbi novam Romam Imperatores indiderunt, ſed obſtinatum vulgus à Conditore Conſtantinopolim dixere. Anno autem Domini M.CCCCLII. die XIX. Maji, Mahometes II. Imp. Turcarum VIII. eam ſuæ poteſtatis fecit.

Qui primis Byzantinis Chriſtum annuntiavit fuit, Andreas Petri Germanus, qui in Thraciam quoque miſſus, eam gentem ad fidem Chriſti perduxit an. Dom.44. & Achaiam peragrans, ab Ægea Proconſule crucis Martyrio affectus fuit anno 2. poſtquam Byzantium venerat.

Ordinavit inde diſcedens Epiſcopum Stachin, cujus meminit Apoſtolus in Epiſt. ad Rom. cap.16. Sedit an.16.

Oneſimus præfuit an.14.
D Polycarpus an.18.
Plutarchus an.16.
Sedecion an.9.
Diogenes an.15.
Eleutherius an.7.
Felix an. 5.
Polycarpus II. an.2. Obiit circiter an. Domit.148.
Athenodorus præfuit an.4.
Euxojus mortuo ſurrogatur, ſeditque an.6.
Laurentius Eccleſiæ gubernacula excepit, & rexit an.11.
Alypius in demortui locum ſucceſſit an.13.
Pertinax an. 9.
Olympianus Eccleſiæ ſedem retinuit an.11.
Marcus hujus ſucceſſor an.13.
Cyrillianus præfuit an.16.
Conſtantinus, ſanctæ Euphemiæ templum conſtruxit, annis 7.
Titus Eccleſiæ regimen ſuſcepit an.35.
Domitius Probi Imperatoris frater an.24.

Probus hujus filius ſuperioris an.12. E

Methrophanes hujus frater ac Probi Imperatoris nepos an.10. Sub iſto Conſtantinus Conſtantinopolim urbem ædificavit.

Alexander præfuit an.23.

Hic Arrium Hæreticum precationibus ad Deum expugnavit, ſicut *Nicephorus cap. 4. lib. 9. Hiſtor. Eccleſiaſt.* teſtatur; qui cap. 6. lib. 8. hos 24. modo præſcripto refert, quorum tempora ſi placet una comprehendi ſumma, annos complebunt 298. in quibus permanſerat virgo, & nulla prorsùs labe hæreſeos polluta Eccleſia Byzantina.

Paulus Orthodoxus in templo Pacis ordinatur Alexandri ſucceſſor ab Orthodoxis, ſed Arriani Macedonio ſuæ factionis ſacram adminiſtrationem adversùs Orthodoxos committere contendebant: ob id ſchiſma ſubortum eſt, & à Conſtantino Imp. ejicitur Paulus, *ſicut Niceph. ſcribit cap.4. lib.9. & Zonaras tom.3.*

Euſebius Nicomedienſis ejecto Paulo Arrianus à Conſtantino intruditur Eccleſiæ gubernator, ſeu veriùs Lupus ac throni invaſor, qui prius Beriti Epiſcopatum geſſerat. Hic F Concilium Antiochiæ nonaginta ſeptem Epiſcoporum congregavit, cui noluerunt adeſſe Julius Papa, & Maximus Hieroſolymitanus; in quo Euſebiani Athanaſium accuſarunt & depoſuerunt ſede Alexandrina, præſente Conſtantino Imperatore Arrianis favente, & Euſebium Emeſænum Alexandriæ antiſtitem deſignarunt: quo Alexandriam adire metuente, Gregorium delegarunt. In eodem conſtituerunt conciliabulo formulam Arrianæ fidei. *Niceph. cap.4. 5. Lib.9. hiſt. Eccleſ.*

Paulus, mortuo Euſebio, ab Orthodoxis reſtituitur, & Julio Pontifice ſummo: tum ab Arrianis ſchiſma ſuboritur, qui in Eccleſia, Pauli nomine nuncupata, Macedonium elegerunt Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Ob id Conſtantius Paulum non ſolùm throno, ſed urbe etiam ejecit, & Eccleſiam Macedonio tradidit. Paulum ejectum Maximinus Trevirorum Antiſtes ad Communionem admiſit, reditumque ejus in urbem Conſtantinopolitanam procuravit. Proinde Concilium Sardicenſe trecentorum Epiſcoporum congregatum eſt, ut Paulus hic & Athanaſius ſedes ſuas reciperent; cui Hoſius Cordubenſis Hiſpanus, & G Protogenes Sardicenſis interfuerunt. Poſt hoc Concilium Orientales ab Occidentalibus ſeparati ſunt, quòd Arriani eſſent, & conciliabulum ſeptuaginta Epiſcoporum in Philippopoli contra Orthodoxos congregaverunt. Paulus ab Arrianis expulſus, in Cuſa civitate ab ipſis ſtrangulatur. Quod ubi Theodoſius Imperator cognovit, nempè quòd in exilio ab Arrianis ſuffocatus enecatuſque fuerat, tranſlato corpore ejus honorificè Conſtantinopolim, in templo id repoſuit, quod Macedonius qui inſidiatus illi fuerat conſtruxit: quapropter nunc Pauli appellationem retinet, *Nicephorus cap.4. 5. 9. 12. lib.9. & cap.14. lib.12. Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Macedonius, mortuo Euſebio, Arrianus ab Arrianis introducitur, qui & novam introducit hæreſim contra Spiritum ſanctum, quem Deum eſſe negabat; à quo & hæreſis Macedoniana dicta eſt, & cui ab impugnando Spiritu ſancto, Pneumatomachi cognomen erat; adversùs hunc Concilium 150. Epiſcoporum Conſtantinopolitanum, in quo additum eſt ſymbolo Niceno: Et in Spiritum ſanctum, & quæ ſubſequuntur. Hujus tempore Conſtantius Imperator Eccleſiam, quæ σοφία Sapientia, nominata eſt, ædificavit, qui adversùs hunc iratus H poſt annum expulit. *Niceph. cap.9. lib.9. & cap.2. lib.11. Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Eudoxius Arrianus à Conſtantio collocatur Arriano: tenuit 10. Anno 2. Valentiniani & Valentis obiit. *Nicephor. cap. 15. lib.14.* Eunonius Aetii Arriani diſcipulus ab iſto ſuperatus Miſſas agebat.

Demophilus Arrianus ab Arrianis ſurrogatur, & ſchiſma ſubortum. Euagrium enim Orthodoxi presbyterum Orthodoxum Epiſcopum deſignarunt, cui manus impoſuit Euſtathius Epiſcopus Antiochenus, qui à Joviniano ab exilio non ita pridem fuerat revocatus: ob id ab Imperatore Valente Arriano tam ordinator, quàm ordinatus comprehenduntur, & in exilium mittuntur. *Nicephorus cap.15. lib.11. & c.12. lib.12.*

Gregorius Nazianzen. Theologus & Orthodoxus, Euagrio ejecto, Orthodoxis præiit: in ædicula quadam conventus agebat, quam Orthodoxi in ſacrum delubrum commu-

A taverunt, quod Anaſtaſiam vocarunt. Hic tandem ceſſit & in patriam revertitur, *Nicephor. cap.7. lib.12. Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Marinus quidam Thrax ab Arrianis committitur, qui ſtatim diſceſſit. Ob id Dorothæus, qui Antiochiæ in Syria, ut hæreſi Arrianæ præeſſet, electus fuerat, Conſtantinopolim inde venit, & ſectæ ſuæ Arrianæ plebi præiit Cui Barbas Arrianus ſucceſſit. Deinde Maximus philoſophus Cynicus, Apollinaris hæretici ſectator, ab hæreticis conſtitutus deponitur. *Niceph. cap.13. lib.14. hiſt. Eccleſ.*

Nectarius, cum nondum eſſet baptizatus, à Theodoſio Imperatore deſignatur, qui fuit Orthodoxus, ſub quo rejiciuntur Eccleſiæ Orientales & Occidentales. Tunc enim Theodoſius decreto conventicula Arrianorum & aliorum hæreticorum ſuſtulit. *Nicephorus capite 41. lib.12. Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Joannes Antiochenus Chryſoſtomus ſub Arcadio conſtituitur, Eccleſia pellitur, & in provincias periculoſas abducitur, inſtante Eudoxia Imperatrice: perductus primùm Cu- B criſum, inde Pitiimitem, deinde Comana oppidulum, ubi vitam cum morte commutavit, natus annos 52. anno Domini 415. die 14. menſis Septemb. Pontificatu urbis functus annis 5. cum dimidio. *Nicephorus cap.2. lib.13. & c.37. Hiſt. Eccleſ.*

Arſacius Nectarii frater Catholicus, Chryſoſtomo Eccleſia ejecto & exulanti ſubſtitutus eſt, Arcadio imperante: hic Eccleſiam rexit menſ.14. *Nicephorus capite 22. & 28. lib.13.*

Atticus rejecta Macedonii hæreſi qua laboraverat, fit catholicus, & Eccleſiæ præfuit ann. 21. Anno Theodoſii undecimo mortuus eſt. *Nicephorus capite vigeſimo nono, lib. decimi tertii, & capite vigeſimo quarto, libri decimi quarti Hiſtoriæ Eccleſiaſtic.* Hic Novatianos urbe non ejiciebat: Sciendum enim, à Conſtantini temporibus fuiſſe Conſtantinopoli Novatiani hæretici ſectatores, & tunc habuiſſe, quos appellarent Epiſcopos. Aſelius namque Novatianæ ſectæ dictus Epiſcopus, Conſtantinopoli fuit an. 40.

Hunc Valens Imperator in exilium egit. Deinde ſub eo- C dem reſtituitur. Nam Novatiani & Macedoniani hæretici Symbolum Nicenum & Synodum tenebant cum Orthodoxis contra Arrianos: ob id faciliùs permittebantur. Agelio mortuo Novatiano ſucceſſit Martianus ejuſdem ſectæ Novatianæ, cui & mortuo Siſinnius temporibus B. Chryſoſtomi ſurrogatur à Novatianis; quem & Chryſoſtomus ejici curavit. Iſti quoque Siſinnio mortuo Chryſanthus Marciani ſuperioris filius ſucceſſit, qui cum per ſeptem annos Novatianis præfuiſſet, Paulum habuit ſucceſſorem. *Nicephorus cap.5. lib.11. & c.26. lib.12. ac cap.13. lib.14. Hiſtor. Eccleſ. & c.24. ejuſdem lib.*

Siſinnius Novatianus biennium Pontificatu functus, vitam cum morte commulavit, an. Theodoſii ſecundi 22. in cujus locum introductus eſt

Neſtorius: hic cum triennium præfuiſſet, docuit, ſanctam Virginem Mariam non eſſe Deiparam dicendam, & Chriſtum non aliud niſi hominem eſſe. Quapropter congregatis Patribus ducentis Epheſi ad Concilium, Neſtorii dogmata ſunt exploſa & rejecta, conſtitutumque eſt, ut B. Virgo, Deipara haberetur & diceretur, nec non Neſtorius à fidelium cœtu D abjiceretur.

Maximianus ejecto Neſtorio præficitur ann.2. *Nicephorus capite trigeſimo ſeptimo, libri decimi quarti, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*

Proclus ſeu Proculus, Chryſoſtomi diſcipulus, Patriarcha creatur, qui pridem à Siſinnio Cyrici Epiſcopus fuerat deſignatus. Hic ſtuduit ſancti Chryſoſtomi corpus intra ſacras Æds ſanctorum Apoſtolorum relatum condiri. Hujus quoque Proculi temporibus in publicis ſupplicationibus puer ſublimis in aera tollitur, populo obſtupefacto, & longo tempore vociferante: Kyrie eleiſon: rurſus dimittitur, ac ſibi præceptum eſſe dicit, ut in cantico terſancto, adderetur clauſula: Qui crucifixus eſt pro nobis. Proculus præfuit annis 12. *Nicephorus capite quadrageſimo ſeptimo libri 14. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*

Fabianus, ſeu Flavianus: Hic Archimandritam quendam Eutychem nomine ab Eccleſiæ corpore reſecuit, ne peſte ſua, ſana etiam membra inficerentur. Docebat enim, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum duas naturas. Divinam & E Humanam, poſt incarnationem non retinuiſſe, ſed ambas in unam naturam contemperatas & permixtas eſſe. Proinde Dioſcorus Eutychianus hæreticus, qui poſt Cyrilli obitum Epiſcopus factus eſt Alexandrinus, hunc calcibus & pugnis percuſſit in Concilio Epheſi congregato, & ex plagis poſt triduum deceſſit, cum thronum ornaſſet annis 2.

Anatolius Theodoſii junioris Apocriſarius, inſtigantibus Chriſaphio Eunucho, & Dioſcoro Eutychianis, deſignatur, ut Eutychem in ſocietatem reciperet. Hujus temporibus, ac Leonis Papæ, nec non Marciani Imperatoris, collectum eſt quartum Concilium Chalcedonenſe 630. Epiſcoporum, contra Eutychis & Dioſcori Alexandrini dogmata, quos, divini Patres, à perverſa opinione decedere nolentes, loco motos anathemate notarunt, & Dioſcorus Gamgram relegatur. Eutyches enim jam ante infeliciter perierat. Eccleſiæ præfuit Conſtantinopolitanæ Patriarcha annis 8.

Nicephorus capite decimo ſexto, libri decimi quinti, Hiſtor. Eccleſiaſt. Theodorus Lector. lib.1. collat. Zonaras de impe- F *rio Martiani & Leonis.*

GENNADIUS Anatolio ſucceſſit, qui præfuit annis 13.

Acacius: hic Hæreticus Orthodoxos peſſimè tractavit annis 17. Condemnatur ſub Leone Imperatore à Felice Papa tertio. Nam Acacii factione, ſe ſeparaverunt Orientales à Romano Pont.

Flavitas, ſeu Fabritas, ejuſdem cum Acacio ſententiæ, deligitur, qui intra menſes tres cum ſemiſſe moritur. *Nicephorus capite decimo octavo, lib. decimi ſexti, Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Euphemius vir ſanctus & Orthodoxus: hic Mongi Petri Eutychiani nomen è commentariis delevit tanquam hæretici, atque in ejus locum Felicis Papæ Orthodoxi repoſuit nomen. Idem chirographo ab Anaſtaſio Imperatore accepto, quo ſe Eccleſiæ dogmata & omnia Chalcedonenſis Concilii decreta ſervaturum eſſe profitebatur, coronavit Imperatorem. Verùm Anaſtaſius poſtea Euphemium ejecit, quòd Chalcedonenſe Concilium anathemate notare recuſaret, ſurrep- G to priùs per dolum, vel vi extorto chirographo. Præfuit an. 6.

Nicephorus capite decimo nono, libri decimi ſexti, Hiſtor. Eccleſiaſticæ.

Macedonius Orthodoxus, & vir ſanctus, ab Anaſtaſio Imperatore Hæretico ob fidem proſcribitur, & Euchaita relegatur, cum Eccleſiæ præfuiſſet an.3.

Nicephorus capite vigeſimo quinto, libri decimi octavi Hiſtor. Eccleſiaſt.

Timotheus in hujus locum ſuffectus eſt, Eutychianus, Anathaſii Imperatoris Hæretici Eutychiani aſſenſor, qui multas clades Orthodoxis intulit an.6.

Joannes Cappadox Eccleſiæ gubernationem tenuit an. 2. Sub iſto rejiciuntur Orientales Romano ac ſummo Pontifici parentes. *Nicephorus cap.2. lib.17. Hiſtor. Eccleſiaſt. Zonaras de Imperio Anaſtaſii.*

Epiphanius, mortuo Joanne Cappadoce, ſurrogatur Epiſcopus, qui decimo Juſtiniani anno moritur, præfuit 16. *Nicephorus cap. ſeptimo, lib.17. Zonaras de Imperio Juſtini. Euagrius cap.36. libri quarti, Hiſtor. Eccleſiaſt.* Anthimi pulſi H ſucceſſorem ponit.

Anthimus Trapezuntius, Severi hæretici opinione imbutus, Imperatricis interceſſione deſignatus, quem Agapeti Papæ admonitione Juſtinianus Imperator throno ejecit, quem annum unum occuparat. Hunc Arthenium vocat Antonius *Titulo vigeſimo ſecundo, capite tertio, partis ſext. Hiſtorial.*

Menas vir ſummæ pietatis, Alexandrinus patria, & illuſtri genere ortus: hic convocato Concilio cum Agapeto ſummo Pontifice Severum, Eutychem, Petrum Halicarnaſſeum, Julianum, & Anthimum Conſtantinopolitanum aſſenſorem illorum, anathemate notavit, piè gubernans annis 16.

Eutychius Menæ ſucceſſit, qui rectè præfuit annis 12. Sub hujus tempore quintum coactum eſt Concilium, 175. ſanctorum Patrum, quorum Princeps fuit Vigilius Papa Romanus, contra Origenis dogmata. Hunc Juſtinianus Imperator, qui ſub extremam ætatem in eorum hæreſim in- A cidit, qui opinantur, Dominum non mortalem carnem aſſumpſiſſe, ſuæ opinioni refragantem & adverſantem relegavit Amaſiam.

Joannes Scholaſticus à Juſtiniano Imperatore Hæretico Hæretici ſubſtituitur in abſentis locum. *Niceph. cap. 26. & 36. lib.17. Hiſt. Eccl.*

Eutychius reſtituitur à Juſtino Imperatore, qui ſedem ſecundò ornat per annos 4. *Euagrius cap. decimo ſexto libri decimi quinti. Nicephorus capite trigeſimo ſexto lib. decimi ſeptimi Hiſt. Eccleſ.*

Joannes jejunator ſeu jejunus dictus. Hic nomen Univerſalis aſſumpſit, ad quem ſuper ea nuncupatione ſcribunt Pelagius, & Gregorius ſummi Pontifices Sedem tenuit anno. *Niceph. cap.34. lib.17. ſuæ hiſtor.*

Curiacus ſacerdos & œconomus magnæ Eccleſiæ præfuit 11. imperante Mauritio.

Thomas Sacellarius, magnæ Eccleſiæ Diaconus, 3. Phocœ Imp. temporib. *Niceph. cap.44. lib.18.*

Sergius magnæ Eccleſiæ Diaconus, Hæreticus Heraclium hæreticum Monothelitam coronavit, & Eudochiam ſponſam B diademate ornavit. Hic Monothelitarum hæreſim probavit, dicentium, unam naturalem voluntatem & unam actionem in Chriſto ſtatuendam, quam & ſcribit Heraclio: præfuit ann.6.

Pyrrhus Monothelitarum ſectator expellitur, poſt annum 3.

Paulus Monothelita à Martino Papa declaratur hæreticus, imperante Conſtante Heraclii nepote: præfuit annis 12.

Pyrrhus ab hæreticis Monothelitis reſtituitur anno Conſtantis 12. & præeſt menſib. 4.

Petrus ipſe Monothelita à prioribus non diſſentiens, præfuit 12.

Thomas veræ ſententiæ defenſor Orthodoxus, præfuit ann. 2. menſi.7.

Joannes.

Theodorus hic ejicitur Hæreticus, poſtquam præfuit ann.3.

Paulus in locum ejecti ſubſtituitur, an.8.

Georgius ejecto Theodoro ſuccedit, Conſtantini Barba- C ti imperio, quo tempore Concilium Conſtantinopolitanum ſextum collectum eſt, Agathonis Papæ juſſu, contra Monothelitas.

Cyrus Hæreticus deponitur à Philippico, poſtquam præfuit ann.6.

Joannes non Orthodoxus, ſed hæreticus præfuit 3.

Germanus Cyricus inſtituitur Artemii temporibus. Hunc Leo Imperator, quòd colendas eſſe ſanctorum imagines defenderet, & earum adorationem negaret idololatriam, Eccleſia ejecit, cum eam gubernaſſet an.15.

Anaſtaſius à Leone hæretico ac ſanctarum imaginum hoſte introductus, cui conſentiebat hæreticus, præfuit 24.

Conſtantinus Monachus, qui Sylei Epiſcopus fuerat, ſanctarum imaginum adverſarius, à Conſtantino Copronymo ſufficitur. Hoc tempore fuit Joannes Damaſcenus, qui Conſtantinum hunc Dei hoſtem arguit, quem Conſtantinus Imperator relegavit ob fidei religionem: præfuit Eccleſiæ an.12.

Nicetas Eunuchus à Conſtantino Imp. ſanctarum imagi- D num oppugnatore provehitur, an.14.

Paulus Cyprius Orthodoxus fuit temporibus Leonis Copronymi: hic morbo affectus, ab Eccleſia ſe ob diviſionem ſubduxit, poſt an. gubernationis 5.

Taraſius à Secretis Imperatoris, & qui in Concilio ſeptimo Nice. Oecumenico adfuit, in quo conſtitutum eſt decretum, venerabiles imagines & adorandas & colendas eſſe, & anathemate notarunt, qui Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præfuerant, Anaſtaſium, Conſtantinum, & Nicetam temporib. Eirenes, & filii Conſtantini: præfuit 21.

Nicephorus eligitur patriarcha Nicephori temporibus: Eccleſia expellitur, quòd ſacras imagines defenderet: præfuit an.9.

Meliſſenſus Theodotus, Hæreticus: Hinc namque in ſacras imagines audacter graſſatus eſt, cum Leonem Armenium haberet ſuffragatorem, qui impiè præfuit 6.

Antonius cognomento Caſſignatas, ejuſdem cum ſuperiore hæreſis, imperante Michaele Balbo, præfuit 13.

Joannes Theophili Imp. præceptor, ac ejuſdem cum ipſo E hæreticæ opinionis ſuffragator, deſignatur Patriarcha; quem & Joannem vocabant, tum ob hæreſim, tum ob præſtigias, in quibus verſatus erat: tandem hic ſanctarum imaginum hoſtis deponitur à Michaele Theophili filio, poſtquam præfuit an.6.

Methodius Orthodoxus, ſub cujus tempore ac Michaelis Imp. ſanctæ imagines reſtituuntur, præfuit 4.

Ignatius Monachus Nicephori Imp. generalis, Orthodoxus, à Theodora Imp. ejectus, quòd Bardam Cæſarem, qui uxorem ſine cauſa dimiſerat, & cum ſua nuru conſueviſſe dicebatur, ſacram ædem ingredi vetuit: hac de cauſa expulſus, in Mithylenem inſulam relegatur an.11.

Photius Primarius à Secretis in locum expulſi ſufficitur, qui Baſilium Macedonem Imp. à participatione incruentæ hoſtiæ, ut homicidam, prohibuit; ob quam repulſam iratus, Concilio indicto, Photium Eccleſia expulit, quaſi Ignatius contra leges à Barda Cæſare dejectus ſede fuiſſet, & hic non ritè thronum divinum eo ſuperſtite occupaſſet; eoque prætextu Ignatius, hoc expulſo, ſedi re- F ſtituitur.

Ignatius reſtitutus Eccleſiam gubernavit an.11.

Photius Ignatio mortuo reſtituitur à Baſilio Macedone, qui hunc expulerat. Verùm eundem Leo Philoſophus Imp. ſuperioris filius Eccleſia ejecit, & in Armeniorum relegat monaſterium, & fratrem ſuum Stephanum deſignat.

Stephanus Leonis Imp. frater.

Antonius cognomento Cauleus, Leonis temporib.

Nicolaus. Hic filium Leonis ſacro baptiſmate initiavit Conſtantinum: hic quoque Leonem Imp. cenſura notavit Eccleſiaſtica, ob repudiatam uxorem & alias nuptias: ob id indignatus Imperator, in Iriam navi tranſvehendum, atque inde pedeſtri itinere in Galacrenæum monaſterium (quod conſtruxerat) transferendum curat, cum Eccleſiæ præfuiſſet an.11.

Syngelus Euthymius in locum ſuperioris deſignatur à Leone, ſed ab Alexandro Leonis fratre abrogata dignitate in exilium pellitur, ac Nicolaus reducitur.

Nicolaus reſtitutus ſedem direxit an. 13. Hic ſacras preces in G nuptiis Conſtantini & Helenæ egit.

Stephanus Metropolita Amaſenus, Romani Imp. temporib. ſedem occupavit an.3.

Triphon Monachus quidam ea conditione Stephano mortuo ſucceſſit, ut poſt certum tempus Theophylacto Imp. Romani filio, puero adhuc, ultrò cederet ſedem; qui tamen jam præfato tempore elapſo, cum cedere nollet, Eccleſia ejicitur.

Theophylactus Romani Imp. filius expulſi, ſedem occupat, qui anno duodecimo Conſtantini Imperat. Leonis filii deceſſit, pontificatu functus Conſtantinopolitano annis 23.

Hic ſacerdotio, contra Majorum, morem potitus annorum tantum fuit ſexdecim; de quo ſcribit Zonaras, quòd cum inter alias equas, quas alebat plurimas, unam inſigniorem ſacro magnæ Feriæ Quintæ die peperiſſe ſacra celebranti (λειτουργοῦντι) Patriarchæ nuntiatum eſſet, lætitia elatus, divinoque ſacrificio abſoluto, ad Coſmidium feſtinavit, ubi equi ſtabulabantur, viſoque pullo recèns nato, in Eccleſiam reverſus, feſtum ſanctæ paſſionis Salvatoris peregit: tandem ex H aqua intercute obiit.

Polyenotus Monachus Spado à Cæſarienſi Epiſcopo electus. Nam Heraclienſis, offenſo Cæſare Conſtantino, jus ſuum uſurpare non potuit. Hic coronavit Nicephorum Phocam imperatorem, qui obiit in principio imperii Joann. Zimiſcæ.

Baſilius Monachus Scamandrenus. Hic ob quædam crimina objecta per Concilium loco motus, poſtquam præfuit an.4.

Antonius Studites in locum depoſiti deſignatur temporibus Baſilii, & Conſtantini filiorum Conſtantini Imperatoris, ann.4. Poſt hujus obitum ſedes vacat ann.4. cum dimidio.

Nicolaus Chryſobergus pontificatum ornavit ann.12. menſ. 8. imperante Baſilio.

SISINNIUS Magiſter, vir in litteris verſatus, rexit annos 3.

Sergius Patriarcha eligitur, qui Manuelis monaſterio præerat, & Eccleſiam pavit an.20.

A Euſtachius princeps ſacerdotum ædis Palatinæ, præfuit an. 8. imperante Baſilio Porphyrogenito

Alexius gubernator monaſterii Studii monachus, præfuit annis 18.

Michael cognomento Cerularius, imperante Conſtantino Monacho. Hic cum in ſuum monaſterium ad feſtivitatem cœleſtium copiarum, quæ ibi colebantur, celebrandam iturus eſſet, miſſa illuc cohorte militum, ab Iſaacio Comneno imperatore relegatur, & paulo poſt tempore moritur.

Conſtantinus Lichudes præſes & proveſtiarius imperatoris Iſaaci conſtituitur, qui Eccleſiam gubernavit per annos 4. menſes 6.

Joannes Xiphilinus in ſedem evehitur imperante Conſtantino Duca, qui Eccleſiam pavit annos 11. menſes 7.

Coſmas monachus Michaele Ducæ filio imperante, an. 5. m. 9. Alexii Comneni imperio.

Euſtathius monachus ſpado dignitatem uſurpavit per annos 3.

Nicolaus monachus cognomento Grammaticus, Alexii B Comneni tempore præfuit Eccleſiæ per annos 27.

Hæc ex Ioanne Zonara ſunt poſt Niceph. collecta, quæ vero ſequuntur, ex Nicetæ hiſtoriis.

Leo Styppiota Manuelis Comneni temporibus moritur.

Michael monachus Acuti monaſterii.

Coſmas Atticus.

Theodoſius Alexii Comneni imperio ceſſit Patriarchatu.

Baſilius Camatterus.

Doſitheus Iſaaci tempore.

Gregorius Xiphinus præfuit ſeptem an.

Joannes Camaterus.

EPISCOPORUM,
ſive
PONTIFICUM ROMANORUM

Secundum ordinem ab ALPHONSO CIACONIO Ordinis Prædicatorum, aliiſque nonnullis obſervatum,

C

SERIES CHRONOLOGICA.

An.Chriſti.	*Num.Pont.*	
		SI ſucceſſionis Romanorum Pontificum habeatur ratio, JESUS-CHRISTUS Deus homo, natus ſecundùm carnem ex Maria ſemper Virgine 25. Decembris die, anno ab orbe conditi 4021. & ab Imperio Octaviani Auguſti Cæſaris 42. in crucis verò patibulo pro totius mundi remedio ſub Tiberio, ab annis 18. imperante, mortuus, annum agens ætatis ſuæ 33. & menſem tertium, hic nequaquam inſerendus; non quòd nuſquam Romæ fuerit converſatus, ſed quòd cum Sacerdos ſit in æternum ſummus, Pontifexque noſter perpetuus, ei ſuccedere valeat nullus, niſi ſub Vicarii titulo. D Quo quidem Petrum Apoſtolum ſic à Chriſto inſtitutum, & ſuprema authoritate ſuffultum, ſummo jure primitùs decoramus.
33	1	S. Petrus Apoſtolus, cui univerſũ Eccleſiæ regimen commiſit JESUS-CHRISTUS, tranſactis annis 5. Hieroſolymis, 7. Antiochiæ, Romæ verò 24. menſibus 5. diebus 12. affixus cruci pedibus ſurſum, & capite deorſum pendente, 29. Junii, ann. 68. Obiit Romæ, eo planè die & anno quo Paulus capite truncatur, periniqua Neronis ſententia ambo damnati. Sed antea complures ex diſcipulis ſuis Epiſcopos creaverat, & in varia regna miſerat ad prædicandum Dei Euangeliũ ſpeciatim in Gallias, ad Læmovicenſes, Tholoſanos & Burdegalenſes Martialem: ad Remenſes Sixtum: E Arelatenſes Trophimum, (ex cujus prædicationis fonte tota Gallia fidei rivulos accepit:) Senonenſes Sabinianum: Cœnomanenſes Julianum: Viennenſes Creſcentium: Catalaunenſes Memmium: Claromontenſes ſeu Arvernos Auſtremonium: Xanctones Eutropium: Metim ſeu Mediomatricum Clementẽ & alios complures Presbyteros, à quibus primitias noſtræ Religionis hi populi ſuſceperunt. Atque ita poſtquam S. Petrus munus ſibi commiſſum geſſit, an. 36. m. 5. & d. 12. Eccleſiæ univerſæ regimini ſucceſſit.
68	2	S. Linus Tuſcus, Rom. ſedit ann. 11. menſ. 2. d. 23. antea Petri coadjutor, cùm extra urbem proficiſceretur.
79	3	S. Cletus Roman. ann. 12. menſ. 7. F dies 2.
92	4	Clemens I. Roman. an. 8. menſ. 6. dies 7.
100	5	Anacletus Athenienſis, an. 9. m. 6. d. 27.
110	6	Euariſtus Græcus, an. 8. menſ. 3. dies 9.
118	7	Alexander Roman. an. 10. menſ. 5. dies 21.
129	8	Sixtus I. Rom. an. 9. m. 9. d. 29.
139	9	Teleſphorus Græcus, an. 10. m. 8. d. 26. reſtitutor Quadrageſimalis jejunii, triplicis in Natali Dominico Liturgiæ, in eademque doxologiæ concinnandæ auctor.
150	10	Hyginus Athenienſis, an. 3. m. 11. dies 28.
154	11	Pius I. Aquilejenſis, an. 11. menſ. 5. d. 26.
165	12	Anicetus Syrus, an. 9. m. 8. d. 22. G
175	13	Concordius Soter Campanus, an. 6. menſ. 11. dies 7.
182	14	Eleuterius Abundius Græcus, ann. 13. dies 12.
195	15	Victor primus, Afer, an. 8. m. 1. d. 27. Celebris paſchali diſputatione.
203	16	Zephyrinus Roman. ſedit ann. 18. dies 18. Canones ſanxit de communione Laicorum annua, circa feſtum Paſchæ.
221	17	Callixtus Rom. an. 6. m. 1. d. 12.
227	18	Urbanus primus Rom. ann. 5. m. 7. d. 10.
233	19	Pontianus Roman. ann. 4. menſ. 4. d. 25.
237	20	Anterus, Græcus, ann. 0. menſ. 1. d. 13.
238	21	Fabianus Romanus, annos 15. H d. 3.
253	22	Cornelius Rom. an. 2. menſ. 4. d. 14. Schiſma de rebaptizandis hæreticis ſuſtulit.
256	23	Lucius I. Rom. ann. 1. menſ. 4. d. 3.
258	24	Stephanus Roman. ann. 2. menſ. 3. d. 26.
260	25	Sixtus II. Athenienſ. menſ. 11. d. 12.
261	26	Dionyſius Monachus, an. 11. m. 3. d. 16.
272	27	Fœlix I. Romanus, an. 2. menſ. 4. d. 29.
275	28	Eutichianus Tuſcus, an. 8. menſ. 6. d. 4.
283	29	Cajus Dalmata, ann. 12. menſ. 4. d. 5.
296	30	Marcellinus Roman. ann. 7. m. 9. d. 25.
304	31	Marcellus I. Rom. ann. 5. menſ. 1. dies 25. A dies 25. Hic tit. Cardinalibus diviſit.
310	32	Euſebius Græcus, ann. 2. menſ. 7. dies 21.
312	33	Miltiades, communiter Melchiades, Afer, an. 3. menſ. 2.
315	34	Silveſter I. Roman. ann. 20. dies 3. Altare lapideum chriſmate ſacratum in locum lignei ſubſtituit.
336	35	Marcus Roman. menſ. 8. dies 21. Cantum Symboli Niceni Sacris inſeruit.
336	36	Julius I. Rom. an. 15. menſ. 5. dies 16. Cœmeteria ſacrari fecit.
352	37	Liberius Roman. an. 15. menſ. 4. dies 19.
367	38	Damaſus I. Luſit. an. 17. menſ. 2. dies 16. Breviar. D. Hieron. ordinandum mandavit.
B 385	39	Siricius Roman. ann. 13. menſ. 1. dies 10. De die vero Paſchatis judicium Alexandrinæ Eccleſiæ probat.
398	40	Anaſtaſius I. Roman. an. 4. menſ. 1. dies 13.
402	41	Innocentius I. Alban. an. 15. m. 7. dies 20.
417	42	Zoſimus Græc. ann. 1. menſ. 4. dies 6.
418	43	Bonifacius I. Rom. an. 4. menſ. 9. dies 27.
423	44	Cœleſtinus I. Rom. an. 8. menſ. 5. dies 3.
432	45	Sixtus III. Romanus, annos 7. menſ. 11. dies 2.
441	46	Leo I. Magnus Tuſcus, an. 19. menſ. 10. dies 29.
461	47	Hilarus Sardus, ann. 6. menſ. 3. dies 28.
C 467	48	Simplicius Tyburtin. an. 15. menſ. 5. dies 12.
483	49	Fœlix II. dict. 3. Rom. an. 8. m. 11. dies 16.
492	50	Gelaſius I. Afer, an. 4. menſ. 8. dies 18. Hic Collectarum Eccleſiaſticarum, & Hymnorum partim Concinnator & Conditor.
497	51	Anaſtaſius II. Rom. an. 1. menſ. 11. dies 22.
499	52	Symmachus Sardus, an. 14. menſ. 7. dies 27.
514	53	Hormiſda Venafrinus ſedit an. 9. dies 10.
523	54	Joannes I. Tuſcus, ſedit an. 2. menſ. 9. dies 15.
526	55	Fœlix III. dict. 4. Beneventanus, ann. 4. m. 2. dies 17.
530	56	Bonifacius II. Roman. Sedit an. 1. dies 1.
D 532	57	Joannes II. Roman. Sedit ann. 3. menſ. 5. d. 5.
535	58	Agapetus Roman. Sedit menſ. 10. dies 18.
536	59	Sylverius Campan. Sedit ann. 3. menſ. 11. dies 20.
540	60	Vigilius Rom. Sedit an. 15. menſ. 8. dies 16.
556	61	Pelagius I. Rom. Sedit an. 2. m. 10. dies 14.
559	62	Joannes III. Rom. ann. 15. m. 1. dies 14.
574	63	Benedictus I. Rom. Sedit ann. 5. dies 14.
579	64	Pelagius II. Roman. Sedit an. 10. menſ. 2. dies 27. Recitationi Breviarii Clericos adſtrinxit.
590	65	Gregorius Magnus Monachus Roman. Certum cantandi modum in Eccleſia præſcripſit. Sedit ann. 13. E menſ. 6. dies 9.
604	66	Sabinianus Bledenſis Tuſcus, menſ. 5. dies 18.
605	67	Bonifacius III. Rom. m. 8. d. 21.
607	68	Bonifacius IV. Marſus Sedit an. 6. menſ. 8. dies 7. Is verſo Pantheo in templum S. Mariæ Virginis & omnium Martyrum, feſtum omnium SS. ad Kalend. Novemb. indixit.
614	69	Deusdedit Rom. an. 1. menſ. 11. dies 25.
616	70	Bonifacius V. Neapolitan. ann. 8. m. 10. Is prohibuit, ne vi traheretur qui ad Eccleſias confugiſſet.
625	71	Honorius I. Camp. an. 12. m. 11. dies 6.
638	72	Severinus Rom. menſ. 9. d. 2.
639	73	Joannes IV. Dalmata, an. 1. menſ. 9. dies 19. F
641	74	Theodorus I. Græcus. Sedit an. 7. menſ. 5. dies 18.
649	75	Martinus I. Tudertin. an. 5. m. 4. dies 11.
654	76	Eugenius I. Rom. menſ. 6. d. 19.
657	77	Vitalianus I. Signinus, an. 12. m. 4. d. 27.
670	78	Adeodatus I. Monachus Rom. an. 6. menſ. 2. dies 15.
676	79	Domnus I. Romanus, an. 1. menſ. 5. dies 10.
678	80	Agatho Siculus, an. 3. m. 7. d. 1.
682	81	Leo II. Siculus, an. 1. menſ. 10. d. 17.
684	82	Benedictus II. Roman. menſ. 10. dies 26.
685	83	Joannes V. Antiochen. Sedit an. 1. dies 5.
686	84	Conon Thrax, an. 1.
687	85	Sergius I. Antiochenus, an. 13. m. 8. dies 19. Preculam, Agnus Dei, qui G tollis peccata mundi, &c. Liturgiæ inſeruit.
701	86	Joannes VI. Græcus, ſedit an. 3. menſ. 2. d. 7
705	87	Joannes VII. Calaber, an. 2. menſ. 7. dies 16.
707	88	Siſinnius Syrus, dies 18.
707	89	Conſtantinus I. Syrus, ann. 8. m. 2. d. 19.
716	90	Gregiorus II. Rom. an. 14. men. 10. dies 21.
731	91	Gregorius III. Syrus, an. 10. m. 8. dies 23.
741	92	Zacharias Calaber, an. 10. m. 3. d. 14.
752	93	Stephanus II. Roman. dies 6.
752	94	Stephanus III. Rom. an. 5. dies 28.
757	95	Paulus I. Rom. an. 10. d. 30.
767	96	Stephanus IV. Monachus Siculus an. 4. menſ. 5. dies 20. H
772	97	Adrianus I. Rom. Sedit ann. 23. menſ. 10. dies 17. Hic quotidie in atrio Lateran. alebat 100. pauperes.
795	98	Leo III. Rom. an. 20. menſ. 5. d. 16. Inſtitutor Litaniarum tridui ante Aſcenſionem.
816	99	Stephanus V. Romanus, menſ. 6. dies 22.
817	100	Paſchalis I. Rom. an. 7. m. 3. dies 17.
824	101	Eugenius II. Roman. an. 3. menſ. 5. dies 24.
827	102	Valentinus I. Roman. Sedit an. 1. menſ. 1. dies 9.
828	103	Gregorius IV. Roman. ann. 14. m. 11. d. 28.
844	104	Sergius II. Rom. an. 3. m. 2. d. 10.
847	105	Leo IV. Roman. an. 8. m. 2. d. 13.
		Nota. Hic Hæretici videlicet inter Leonem IV. & Benedictum III. aſ-

ſunt

An. Chriſti.	Num. Pont.	
		ſuunt fabulam Joannæ Baptiſtæ, quam prolixè refutat Genebrard.
855	106	Benedictus III. Roman. ann. 2. menſ. 4. dies 27.
858	107	Nicolaus I. Magnus, Rom. an. 9. menſ. 6. d. 19.
867	108	Adrianus II. Roman. Sedit ann. 4. menſ. 11. d. 10.
872	109	Joannes VIII. Rom. an. 10. d. 1.
882	110	Marinus I. Gall. an. 1. m. 11. d. 30.
884	111	Adrianus III. Roman. ann. 1. menſ. 3. d. 18.
885	112	Stephanus VI. Roman. annos 6. d. 8.
891	113	Formoſus Portuenſis annos 5. menſ. 6. d. 18.
896	114	Bonifacius VI. Roman. d. 14.
897	115	Stephanus VII. dict. 6. Rom. an. 3. menſ. 2. d. 18.
900	116	Romanus Faliſcus, menſ. 4. d. 21.
900	117	Theodorus II. Rom. d. 18.
900	118	Joannes IX. Tiburtinus anno 1. d. 14.
901	119	Benedictus IV. Roman. anno 1. menſ. 6. d. 14.
903	120	Leo V. Ardeatinus menſ. 0. dies 0.
903	121	Chriſtophorus I. Rom.
904	122	Sergius III. Romanus, annos 5. menſ. 3. d. 14.
910	123	Anaſtaſius III. Rom. an. 2. m. 1. d. 19
912	124	Landus Sabinenſis, an. 1. menſ. 6. d. 21.
914	125	Joannes X. Roman. an. 14. menſ. 2. d. 13.
928	126	Leo VI. Rom. menſ. 6. d. 14.
928	127	Stephanus VIII. Rom. an. 2. menſ. 1. d. 14.
930	128	Joannes XI. Rom. an. 4. men. 10. d. 14.
935	129	Leo VII. Roman. an. 3. menſ. 6. d. 9.
939	130	Stephanus IX. Romanus, ann. 3. menſ. 4. d. 14.
942	131	Marinus II. Roman. an. 3. menſ. 6. d. 14.
946	132	Agapetus II. junior, Rom. ann. 9. menſ. 1. d. 16.
956	133	Joannes XII. Roman. an. 9. menſ. 4. d. 5.
964	134	Benedictus VI. Roman. ann. 1. menſ. 1. d. 20.
965	135	Joannes XIII. Rom. ann. 6. m. 11. dies 4.
972	136	Donnus II. Rom. menſ. 2. d. 29.
972	137	Benedictus VII. dictus 6. Roman. an. 1. menſ. 2. d. 29.
974	138	Bonifacius VII. Romanus, an. 1. menſ. 3. d. 25.
975	139	Benedictus VIII. dict. 7. an. 9. m. 5. d. 9.
984	140	Joannes XIV. Papienſis, aliis Roman. an. 1. d. 8.
985	141	Joannes XV. Rom. an. 9. m. 6. d. 9.
995	142	Joannes XVI. Roman. menſ. 6. dies 14.
996	143	Gregorius V. Saxo ann. 1. menſ. 7. dies 22.
999	144	Silveſter II. Gallus Aquitanicus, primò Monachus S. Geraldi Aureliacenſis, Diœceſis S. Flori, dein Archiepiſcopus Remenſis 40. & Ravenas, creatus 1. Novemb. Sedit an. 3. menſ. 6. dies 11. obiit 12. Maji 1003.
1003	145	Joannes XVII. Roman. menſ. 4. d. 24.
1003	146	Joannes XVIII. Roman. ann. 5. menſ. 7. dies 28.
1009	147	Sergius IV. Rom. an. 3. m. 8. d. 28.

An. Chriſti.	Num. Pont.	
1013	148	Benedictus IX. dictus 8. Tuſculan. an. 10. m. 11. d. 9.
1024	149	Joannes XIX. Rom. an. 8. m. 8. d. 8.
1032	150	Benedictus X. dict. 9. Rom.
1045	151	Gregorius VI. Roman.
1046	152	Clemens II. Germanus, menſ. 9. dies 20.
1048	153	Damaſus II. Bavar. d. 23.
1049	154	Leo IX. Gallus, ann. 5. menſ. 2. dies 4.
1055	155	Victor II. Suevus, an. 2. menſ. 3. dies 13.
1057	156	Stephanus X. dict. XI. Lotharingus, m. 7. d. 5.
1059	157	Nicolaus II. Bruguldus, an. 2. m. 6.
1061	158	Alexander II. Mediolanenſ. an. 11. menſ. 6. d. 23.
1073	159	Gregorius VII. Suanenſis, an. 12. m. 1. dies 1.
1086	160	Victor III. Beneventan. anno 1. menſ. 4. d. 8.
1088	161	Urbanus II. Gall. ex Oppido Caſtellionis, Diœceſis Remenſis, Monachus Cluniacenſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, à Gregorio VII. antea creatus; doctus piuſque; confirmator Ordinis Ciſtercienſis. Precum horariarum D. Virginis, & expeditionis in Turcas & Sarracenos auctor fuit, ad recuperandam Hieroſolymam, quæ 490. annis circiter, poſtquam eam Sarraceni occupaſſent, capta eſt 39. die obſidionis ann. 1099. feria 6. hora qua Chriſtus mortuus eſt, Duce Godofredo Bulionenſi Lotharingiæ Principe. Sedit ann. 11. m. 4. d. 16.
1099	162	Paſchalis II. Italus, an. 18. m. 5. dies 8.
1118	163	Gelaſius II. Cajetan. an. 1. dies 4. Obiit Cluniaci in Gallia.
1119	164	Callixtus Secundus Burgundus, Gulielmi Comitis Burgundiæ filius, Archiepiſcopus Viennenſis, à Cardinalibus qui cum Gelaſio ſecundo Cluniacum venerant, Papa electus eſt 1. Februar. Sedit ann. 5. menſ. 10. dies 12.
1124	165	Honorius II. Bononienſis, an. 5. menſ. 1. d. 25.
1130	166	Innocentius II. Rom. an. 13. m. 7. d. 7.
1143	167	Cœleſtinus II. Tuſculan. menſ. 5. dies 14.
1144	168	Lucius II. Bononienſis, menſ. 11. dies 13.
1145	169	Eugenius III. Piſanus, ann. 8. m. 4. dies 11.
1153	170	Anaſtaſius IV. Rom. an. 1. menſ. 4. d. 24.
1154	171	Adrianus IV. Anglus, annos 4. menſ. 8. d. 28.
1159	172	Alexander III. Senenſis, ann. 21. m. 11. d. 23.
1181	173	Lucius III. Lucenſis, an. 4. menſ. 2. d. 26.
1185	174	Urbanus III. Mediolan. ann. 1. m. 10. dies 24.
1187	175	Gregorius VIII. Beneventan. Sedit m. 1. dies 25.
1188	176	Clemens III. Roman. ann. 3. m. 2. d. 19.
1191	177	Cœleſtinus III. Roman. an. 6. m. 9. d. 9.
1198	178	Innocentius III. Roman. Sedit an. 18. m. 6. d. 12. Quinque librorum De-

An. Chriſti.	Num. Pont.	
		cretalium Conditor.
1216	179	Honorius III. Roman. an. 10. m. 7. d. 27.
1227	180	Gregorius IX. Anagninus, an. 14. m. 5. d. 2. Vetuit jus civile legi Lutetiæ.
1241	181	Cœleſtinus IV. Anagninus, d. 18.
1243	182	Innocentius IV. Genuenſis, ann. 11. m. 5. d. 19.
1254	183	Alexander IV. Anagninus, an. 6. m. 5.
1261	184	Urbanus IV. Jacobus *Pantaleon* antea dictus, Gallus Trecenſis, quæ Campaniæ urbs eſt, Doctor Juris & Theologiæ, humilibus & pauperibus parentibus natus, patrem enim habuit Sutorem; primò fuit Archidiaconus Eccleſiæ Laudunenſis; poſtea Epiſcopus Virdunenſis, & Patriarcha Hieroſolymitanus, tandem Summus Pontifex: feſtum Sacramenti Corporis Domini promulgavit, D. Thoma officium componente. Sedit ann. 3. menſ. 1. dies 3. Obiit Peruſii anno Dom. 1264. Cadaver ejus in Cathedrali Eccleſia S. Laurentii ſepultum eſt.
1265	185	Clemens IV. Gallus Narbon. antea Guido Fulcodii dictus, ob doctrinam (erat enim Juriſconſultorum totius Galliæ Primarius, & Advocatus celeberrimus) & ſanctitatem, mortua uxore, Epiſcopus Anicenſis, deinde Archiepiſcopus Narbonenſis, poſtea Cardinalis Sabinus ab Urban. PP. IV. creatus, initio Pontificatus lites & diſcordias, quæ erant inter Henricum Regem Angliæ, & Simonem Montisferrati Comitem compoſuit. At Urbano quarto mortuo, abſens, rediens Angliæ legatione, Peruſii 7. Februarii 1365. Pont. Max. renunciatus eſt. Sedit an. 3. m. 1. d. 24.
1271	186	Gregorius X. Placentin. ann. 4. m. 4. d. 10.
1276	187	Innocentius V. Petrus de la Tarentaiſe antea dictus, Burgundus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Theologiæ Profeſſ. primò Archiepiſcopus Lugdunenſis, poſtea Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis. PP. electus 21. Januarii an. 1276. obiit Romæ 23. Junii eodem an. rexit m. 5. d. 2.
1276	188	Adrianus V. Genuenſ. d. 18.
1276	189	Joannes XX. Luſitan. m. 8. d. 3.
1277	190	Nicolaus III. Roman. ann. 2. m. 8. d. 27.
1281	191	Martinus IV. Gallus ex Bria, Simo dictus, ex Canonico & Theſaurario Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, Presbyter Card. creatur ab Urbano IV. At mortuo Nicolao III. Viterbii, à Cardinale creatur 22. Februarii 1281. PP. Obiit 28. Martii 1281. rexit an. 4. m. 1. d. 7.
1285	192	Honorius IV. Rom. an. 2. d. 1. Carmelitarum Reformat. & Auguſtin. Heremitar. Confirmator.
1288	193	Nicolaus IV. Aſculanus, an. 4. m. 1. d. 12. primus è Franciſcanorum Ordine.
1294	194	Cœleſtinus V. Sedit m. 5. d. 7. ultrò ſe Pontificatu abdicavit. Cœleſtinorum Pater.
1294	195	Bonifacius VIII. Anagn. an. 8. m. 9. d. 16. Sexti Decretalium Auctor.

An. Chriſti.	Num. Pont.	
1303	196	Benedictus XI. Tarviſinus, m. 11. d. 20.
1305	197	Clemens V. antea Bertherandus *Goth.* dictus, Gallus ex oppido *Michandran*, Diœceſis Burdegalenſis, ortus, filius Berovaldi Equitis D. de *Villandrant*, à Bonifacio octavo primus Epiſcopus Convenarum per quinquennium, mox Archiepiſcopus Burdegalenſis creatus fuit, qui poſt obitum Papæ Benedicti, cum Cardinales inter ſe diſcordes eſſent, ut unum ex ſuo corpore Pontificem Orbi darent, poſt longum 9. menſium & dierum 6. interregnum, abſens & Burdegalæ commorans extra Collegium Cardinalium, Peruſii 9. Junii, anno 1305. Pontifex Maximus omnium Cardinalium ſuffragiis, & miro Cardinalis Pratenſis aſtu, Regi Francorum in hac re gratificari cupientis, renunciatus eſt; qui audita & approbata electione ſua, Lugdunumque ſequenti Auguſto veniens, omnes ad ſe ex Italia convocavit Cardinales, ibique in Eccleſia S. Juſti 11. Novembr. ejuſdem anni, ſuæ Coronationis inſignia ſuſcepit; cui interfuere Philippus Rex Franciæ, ejuſque frater nuper ex Italia reverſus, & Joannes Britanniæ Dux, qui ruina cujuſdã veteris muri oppreſſus, moritur cum pleriſque aliis, dum pompa per urbem ducitur. Hic toto ſuo Pontificatu, in gratiam Regis, in Gallia permanſit, quem & ejus ſucceſſores imitantes, omnes ad Gregorium XI. uſque trans montes permaſerunt, Avenione Romana ſede locata, per annos 74. Obiit anno Domini 1314. 22. Aprilis in itinere Avenione Burdegalam proficiſcens, apud Rocam Mauram * Provinciæ ſuper Rhodanum Oppidum. Cadaver in Eccleſia B. Mariæ d'Uzeſta Diœceſis Vaſatenſis, quam fundaverat & dotaverat, in loco Campeſtri, ubi ſepulchrum marmoreum & alabaſtro miro ordine constructum, ab hæreticis anno 1568. everſum fuit, in quo quæ ſequuntur, inſcripta legebantur * *Roquemur en Provence.* *Hic jacet felicis recordationis Dominus Clemens Papa V. fundator Eccleſiarum Collegiatarum de Vzeſta, & de Vinhen Drandro, qui obiit apud Rupem Mauram Nemauſenſis Diœceſis die 20. Aprilis Pontificatus ſui an. 9. Portatus verò ad iſtam Eccleſiam B. Mariæ de Vzeſta, anno Domini MCCCXIV. xxvii. die Auguſti tunc proxima, & ſepultus die … ann. Domini M.CCC.LIX.* Atque ita rexit univerſam Eccleſiam an. 10. m. 8. d. 29. Vacavit ſedes m. 3. d. 17.
1316	198	Joannes XXI. à quibuſdam 22. Caturacenſis, antea Jacobus d'Euſa dictus, patre Sartore natus, primò Epiſcopus Foro-Julienſis per 11. annos deinde Archiepiſcopus Avenionenſis à Clemente V. an. 1310. ab eoq; creatus S.R.E. Cardinalis Portuenſis in 3. creatione, an. 1312. tandem morte Clementis VII. menſis Auguſti, anni 1316. à Cardinalibus Lugduni, preſens Summus Pontifex renun-